BIBLIOTHECA EX PRAECIPVIS, ET GRAVIORIBVS QVIDEM THEOLOGIS, QVOS SRCIPTVRALES VOCANT:


quique præſertim plura volumina conſcripſerunt.

A R. P. Magiſtro Angelo Roccha Auguſtiniano à Camerino compilata, & ſtudioſorum commodo edita,

Quòquiſque facilius inuenire queat quod ſibi in qualibet Theologica, & Scripturali materia tractandum ſeſe offert.

Additis præterea Concilijs, nec non Angelici Doctoris codicibus illis, quos Sūmam appellāt: atque ijs, qui Textus canonici nuncupātur.

Et in hac ſecunda editione quàm plurimis notatu, ac ſcitu dignis adiectis.



Superiorum permiſſu.

VICI EQVENSIS.
Apud Io. Baptiſt. Cappellum, et Ioſephum Cacchium.
M. D. LXXXV.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDIS. DOM. D. M. ANTONIO MARSIL. COLVMNAE

Archiepiscopo Salernitano, Consiliario Regio, Domino meo colendissimo.

SVP Erioribus annis (Illustriss. ac Reuerendiss. Antistes) cum Venetijs cõmorarer, in insigniorum Theologorum libros Indicẽ vnà cũ indicibus scholasticis ad Theologiam, & Philosophiam spectantibus meo vsui, atq; commodo elaboraram, quò minus mihi operosus daretur aditus ad inueniendum quod mendosum, vel obscurum, seu mancum sese offerebat, dum libros expurgandi, præloq; comittendi arti nauabã operam, quam multos iam annos ibidẽ præstiti, et præsertim in nõnullis nostræ Augustinẽsis Familiæ Doctoribus è tenebris eruendis, et illustrandis, atq; in lucem edendis. Quare, cum superiori anno Theologicum, & scripturalem Indicem aliqui familiaritate mihi coniuncti describendum, imprimendumque, me inscio & postremò, cum resciuerim, reclamante, studuerint; Nunc, vt

mihi ipsi aliqua ex parte satisfaciam; eundem iam impressum quàmplurimis rebus scitu dignis auctum, et illustratum reddidi, & typis mandandum curaui: ita verò, vt huius secundæ editionis accessio primam illam longè superet. Ego (Illustriß. Præsul) non de futuros esse arbitror, qui Sycophanticas partes arripiant, ac tueantur, cum primum Inscriptionem vix à limine (vt ferunt) salutauerint, nil aliud, quàm eam ipsam Bibliothecæ nomine insignitam perpendentes. Verum id susq; deque fero, cum item haudquaquam desint ij, qui, vt rectum agant Iudicem, nonnisi perspectare sententiam dicant, Hinc meam hanc lucubratiunculam, qualiscumque sit, Tuæ Illustriß. ac Reuerendißimæ Dominationi dedico, & dono. Id quod eò libentius facio, cum ad hoc agendum Bibliotheca tua cohortetur, & impellat, quam instar Bibliothecæ illius celeberrimæ Ptolemæi Philadelphi Viri doctißimi congestam, hoc est, mira librorum copia, perpulchraque varietate refertißimam non sine ingenti animi mei voluptate, ac solatio nuper vidi, & legens contrectaui. Quæ vero mihi de tua Bibliotheca, tuisq; optimis animi dotibus mira, & permulta quidem à R. M. Aurelio Perusino tuarum laudum prædicatore indefesso narrata sunt, non solum ita esse comperi, sed multò plura, ac veriora, quàm quæ (vt aiunt) apud Sagram. Hæc itaque me Tuæ Illustriß. ac Reuerendiß. Dominationi ita addixerunt

runt

runt, vt te ipsum vnicè diligam, & colam: & quidquid ego sum, me tuo in ære (vt fertur) totum esse fatear. Accipe igitur munusculum hoc, quod à seruulo tuo amantissimo in sui ipsius erga Te propensionis, & obseruãtiæ argumẽtum libenter proficiscitur. Quamuis autem res ipsa exigua sit, & leuidensæ munus appellari queat, ac iurè debeat: animum tamen si spectes, gratissimum dicas oportet. Vale. Dat. Neapoli Kalendis Martij M. D. LXXXV.

Tuæ Illustrissimæ, ac Reuendiss. D.

Addictissimus F. Angelus
Roccha à Camerino ord. S. Augustini.

BIBLIA COMPLVTENSIS LEONI X. PONT. MAX. DICATA

FRANCISCI XYMENII CARD. ORD. Minorum immensis sumptibus, laboribus, ac vigilijs edita: in sex Tomos diuisa: ac varijs linguis, & Interpretibus illustrata Anno Domini 1510.

Tomo primo.

PENTATEVCHVS *lingua Hebræa, et Chaldæa, Græca, atque Latina ex trãslatione septuaginta Interpretũ, nec nõ Beati Hieronymi illustratus.*

Tomo secundo.

Libri Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, atque Paralipomenon ijsdem transhationibus, & linguis, Chaldaica excepta: quæ in sequentibus etiam non habetur.

Tomo tertio.

Libri Esdræ, Nehemiæ, Thobiæ, Iudith, Hester, Iob, Psalmorũ, Prouerbiorũ, Ecclesiast. Canticorũ, Sapiẽtiæ, atque Ecclesiastici, ijsdem translationibus, & linguis, exceptis ijs libris, qui apud Hebræos non reperiuntur.

Tomo quarto.

Libri Prophetarum, & Machabeorum ijsdem traslationibus & linguis: ijs exceptis libris, qui apud Hebræos nõ reperiuntur.

Tomo quinto.

Testamentũ nouum vniuersũ, Græca, Latinaque lĩgua, cum interpretatione nominũ Hebræorum, Chaldæorum, atque Græcorum noui Testamenti, necnon cũ Dictionario Cræco in idem.

Tomo sexto.

Vocabularium Hebraicum, atque Chaldaicum, in vetus Testamentum, cum interpretatione Hebraicorum, Chaldæorũ, Græcorumque nominum veteris, ac noui Testamenti: necnon cum introductione Grammaticæ in Hebraicam linguam.

Biblia

BIBLIA REGIA QVADRI LINGVIS, HOC EST,

HEBRAICA, GRÆCA, ET LATINA

cum Paraphrasi Chaldaica, & Latinis versionibus à Benedicto Aria Montano Hispalensi ex Philippi Catholici Regis mãdato elaborata, cum Complutensi, & correctissimis alijs exemplaribus collata, in octo partes diuisa, & à Plantino Antuerpiæ 1569. excusa.

Tomo primo.

PENTATEVCHVS, *idest Genesis, Exodus, Numeri, Leuiticus, & Deuteronom.*

Tomo secundo.

A libro Iosue, Iudicum, & Ruth, vsque ad Paralipomenon inclusiuè.

Tomo tertio.

A libro Esdræ vsque ad librũ Ecclesiastici item inclusiue.

Tomo quarto.

Ab Esaia Propheta vsque ad libros Machabæorum inclusiue.

Tomo quinto.

A Matthæo Euangelista, vsque ad Apocalypsĩ, cũ lingua Syriaca, loco Hebraicæ linguæ.

Tomo sexto.

Lexicon Græcum, & institutiones linguæ Græcæ ad sacri apparatus instructionem.

Tomo septimo.

Communes, & familiares Hebraicæ linguæ Idiotismi, siue Thesaurus linguæ Sanctæ cum versione Sanctis Pagnini Lucensis.

Tomo octauo

Biblia Sanctis Pagnini Lucensis Uniuersa varijs rebus illustrata.

SEPTVA.

SEPTVAGINTA DVO INTERPRETES
natione Hebræi.

HI omnes vetus Testamentum vniuersum hortatu Ptolemæi Philadelphi secundi Regis Aegipti, iussuq; Eleazaris Iudæorum Pontificis, in dicti Regis gratiam ex Hebraica lingua, in Græcam transtulerunt. sed, quod mirum est, & diuino consilio factũ, Viri illi 72 seorsũ positi, & in separatis cellulis osseruati iisdem verbis omnibus, & sententiis ab initio ad finem vsque 22. veteris Testamenti volumina verterunt: & multa omnes viri illi testimonia de Christo, ac de sancta Trinitate in sua translatione omiserunt, non incuria, nec malitia: sed ne scandalizarent Ptolemæum; & ne canibus sanctum darent: & quia multa illis seculis de Christi venturi sacramento nondum perspecta scire potuerunt.

Hæc editio ab Augustino, et in nouo Testamẽto citatur. Qua uero utimur, est Diui Hieronymi, Psalterio excepto, quod septuaginta Interpretum est vulgatã, uerò Bibliam, & ueteris præsertim editionem emendatissimè imprimendam mandauit Concilium Tridentinum sess. 4. Id quod Romæ exsecutioni mandatur: & huiusce rei faciendæ modum in lib contra Faustum cap. 2. docet Augustinus.

SEPTVAGINTA DVORVM VIRORVM
sex ex Tribu qualibet accersiti.

IOsephus, Ezechias, Zacharias, Ioannes, Ezechias, Elisæus ex Tribu Iuda.
Iudas, Simon, Samuel, Adeus, Matthias, Eschemias ex Tribu Ruben.
Nehemias, Iosephus, Theodosius, Baseas, Ornias, Datis ex Tribu Gad.
Ionathas, Auxeas, Eliseus, Ananias, Chabrias, Sachus ex Tribu Aser.
Iasachus, Iacobus, Iesus, Gabateus, Simon, Leui ex Tribu Nephtalim.
Iudas, Iosephus, Simon, Zacharias, Somelus, Selemias, ex Tribu Manaße.
Sabatheus, Iason, Iesus, Theodorus, Ioanes, Ionachas ex Tribu Simeon.
Thodosius, Iason, Iesus, Theodorus, Ionas, Ionathan ex Tribu Leui.
Theophilus, Abraham, Arsamis. Iason, Endemias, Daniel ex Tribu Isachar.
Ieremias, Eleazarus, Zacharias, Baneas, Eliseus, Datheus ex Tribú Zabulon.
Samuel, Iosephus, Iudas, Ioathes Cabel, Dositheus ex Tribu Ephraim.
Isaelus, Ioannes, Theodosius, Arsamenes, Abietas, Ezecelus ex Tribu Beniamin.

Claruerunt anno ante Christi ortum 350.

DIVI

DIVI PATRIS AVGVSTINI
opera omnia.

De Consensu Euangelistarum.
Octuaginta trium Quaestionum.
Viginti vnius sententiarum liber vnus
De diuersis quaestionibus ad Simplicianum.
De octo Dulcitij Quaestionibus.
Quaestionum 65. Dialogus.
Quaestiones noui, et ueteris Testamenti.
De cura pro mortuis habenda ad Paulinum.
De Catechizandis rudibus.
De incarnatione Verbi.
De Trinitate, & vnitate Dei.
De essentia diuinitatis.
De fide rerum inuisibilium.
De substantia dilectionis.
De Continentia
De Patientia,
De bono Viduitatis.
De vera, & falsa Paenitentia.
De salutaribus documentis.
De Amicitia.
De sermone Domini in Monte
Expositionis Epist. Pauli ad Roma. inchoatae lib. 1.
Expositiones quarumdam propositionum ex Epist. ad Rom.
Expositiones Epist. Pauli ad Galatas.
Annotationes in lib. Iob.

Quinto Tomo.

De Ciuitate Dei. in editione Plantiniana Anuersae adsunt Commentaria Ludouici Viuis.

Sexto Tomo.

De Haeresibus ad Quod vult Deum liber vnus.
De Quinque haeresibus oratio.
Concio ad Catecumenos contra Iudaeos, & Paganos, & Arrianos.
Oratio aduersus Iudaeos.
De Altercatione Ecclesiae, & Synagogae Dialogus.
De vtilitate credendi ad Honoratum.
Contra Epistolam Manichaei, quam uocant fundamenti.
De duabus animabus contra Manichaeos.
Contra Fortunatum quendam Manichaeorum presbyterum.
Contra Adimantum Manichaei discipulum.
Contra Faustum Manichaeum Meliuitanum dictum Manichaei defensorem, & hic Manichaeus damnatus est in Concilio Melitae celebrato, cui interfuit ipse P. Augustinus.
De actis cum Felice Manichaeo lib. 2.
Contra Secundinum Manichaeum.
De natura boni contra Manichaeos.
De fide contra Manichaeos.
Contra aduersarium legis, & Prophetarum.
Contra Priscillianistas, et Origenistas ad Orosium.

Contra

Septimo Tomo.

Octauo Tomo.

Super Psalmos.

Nono Tomo.

In Euangelium Ioannis expositio.
In Epistolam Ioannis expositio.
In Apocalypsim Ioannis expositio.
Meditationum liber unus.
De diligendo Deo liber alius, qui meditationum inscribitur.
Soliloquiorum Animæ ad Deum, liber unus.
Manuale liber unus.
De triplici habitaculo liber unus.
Scalæ paradisi liber unus.
De duodecim abusionum gradibus.
De contritione cordis.
De cogitatione veræ vitæ
De speculo liber unus.
De vita Christiana.
De assumptione B. Mariæ Virginis.
De disciplina christiana.
De decem chordis.
De Cantico nouo.
De contemptu mundi.
De vanitate seculi.
De obedientia, & humilitate.
De bono disciplinæ.
De visitatione infirmorum.
De Consolatione mortuorum, serm. 2.
De quarta feria, siue cultura agri dominici.
De Catachlysmo sermo.
De tempore Barbarico.
De sobrietate, & virginitate.
Speculum peccatoris.
De pœnitentia medicinæ.
De vtilitate pœnitentiæ.
De conflictu vitiorum, & virtutum.
De quatuor virtutibus charitatis.
De Honestate mulierum.
De Pastoribus.
De ouibus.
De Symbolo fidei ad Catecumenos.
De conuenientia decem præceptorum, & decem plagarum.
De rectitudine Catholicæ conuersationis.
De vtilitate Ieiunij.
De Vrbis excidio tractatus.
De Creatione Primi hominis.
De arbore scientiæ boni, & mali.
De pugna animæ.
De Antichristo.
Psalterium, quod Matri suæ cōposuit.
Super Magnificat expositio.

Decimo Tomo.

De Verbis Domini Sermones.
De Verbis Apostoli Sermones.
Homiliæ quinquagintæ.
Homiliæ de tempore.
Homiliæ de sanctis.
Sermones ad fratres in Eremo.
Sermones decem & septem, & alij.

Vndecimo

Vndecimo Tomo.

Index operum ordine alphabetico.
Index locorũ Sacræ ſcripturæ pugnantium conciliatorum,
Auctoritates Sacræ Scripturæ à D. Aurelio Auguſtino explanatæ, & Variæ lectiones.
Index omnium, quæ à Diuo Auguſtino inſigniter dicta ſunt.

Natus eſt anno Dom. 357. Diui Ambroſij fuit auditor, & anno ætatis ſuæ 30. m. 6. ab eodem baptizatus eſt, vt ipſemet Ambroſius teſtatur in vltimo cap. Tertij Tomi vbi ait, ſe nigra cuculla induiſſe Auguſtinum, eũq; cinxiſſe cingulo coriaceo, quod eidem ſimplicianus donauerat, & hoc fuit anno Dom. 388. Die. V. Maij, in quo celebratur eius conuerſio, inſtituit ſuum ordinem Eremiticum in Monte piſano anno Dom. 390. & ſuis coeremitis dedit Regulam, ut etiam S. Antoninus in calce tertiæ partis ſummæ teſtatur. Hunc ordinem Innocentius primus cõfirmauit anno Dom. 406. in Concilio Carthaginenſi V. Fuit creatus Epiſcopus Hipp. anno ætatis ſuæ. 36. et anno Dom. 394. & ſuos clericos reformauit, vt habetur in V. ſermone ad Eremitas, Poſſidonio etiam in uita eius teſtante. Vixit in Epiſcopatu annos. 40. Moritur anno ætatis ſuæ. 76. m. 9. die. 15. & anno Dom. 434. poſt Synodum generalem epheſinam.

DE LIBRIS AVGVSTINI IVDICIVM

Donec prodeant cenſuræ Romanæ.

ETSI opera ſuperius recenſita ſub Diui Patris Auguſtini nomine circumferuntur, non tamen omnia ab aliquibus Auguſtini eſſe creduntur, propterea quod nonnulli libri ab Auguſtino in lib. Retract. non recenſentur. Sed eis reſpondetur, hoc factum eſſe, quia multos libros, & tractatus poſt Retractationem edidit, vt ipſe in calce Retract. futurum eſſe innuebat, cuius verba ſunt hæc:

„ Opera nonaginta quatuor in libris ducentis triginta duobus me dictaſſe recolui, quãdo hæc retractaui, utrum aliquos adhuc eſſem dictaturus ignorans, atq; ipſam eorum retractationem in lib. duobus edidi, vrgentibus fratribus, anteq;

epiſtolas

Epistolas, ac sermones ad Populum alios dictatos, alios à me dictos retractare cœpissem. Hinc mirum non est, Psalmorum opus, ingens quidem, ac doctrina refertissimum, sicut & alia, in libris Retract. non fuisse recensitum. Adde etiam quia nonnulli tractatus, siue sermones sparsim editi sunt, ut credendum est de Sermonibus ad Eremitas. Hinc de ijs, atq; de alijs mentionem non fecit in libris Retract. ac etiam propter causam superius assignatam.

Alij nonnullos libros non esse Augustini affirmant propter uarietatem Styli. Id quod factum esse credendum est ob ipsius diuersitatem ætatum, temporum; materierum, & personarum, ad quas loquebatur.

Alij idem asseuerant propter easdem causas assignatas, & propter alias, quas infra suo loco in mediū afferemus, sicut de Spiritu, & anima. De vera, & falsa pœnitentia, De conflictu virtutum, & vitiorum, & de Scala Paradisi sentit Abbas Trittemius, qui in vita Diui Patris Augustini ait, tot esse tractatus, et sermones P. Augustino falsò adscriptos, vt eorum recensio volumen exquirat.

Sed inter opera, quæ nomine Augustini circunferuntur, nihil est, quod magis ab Augustini libris alienum esse iudicetur, quàm Veteris, & noui Testamenti Quæstiones, in quibus multa absurda, ac tanto Viro indignissima videre licet. id quod quædam loquendi formula præseferunt, ac manifestè indicant. Abutitur enim Quandiu pro Donec. Propter quod pro Eo quòd. Vt pro quòd. Et 106. Quæst. Hominem ponit pro viro, quemadmodum vulgus Italorum, & Gallorum loquitur. Hoc ipsum nonnullæ sententiæ ab eodem Augustino dissentientes clarū faciūt. Nam in Quæstione. 27. maximopere contenditur, & constanter asseueratur, Samuelem cum Saule non fuisse colloquutū, Et Augustinus ait de cura pro Mortuis gerenda cap. xv. id perpulchrè congruere sacris scripturis. Rursus de spiritu, qui ferebatur super aquas, contendit non esse intelligendū de Spiritu Sancto. Quod Augustinus de spiritu sancto intelligendum esse docet. In Quæstione 57. non semel dicitur Nathan fuisse filius Dauid. Augustinus verò non semel diuersum sentire visus est. In Quæstione 59. illud Ioannis: Spiritus vbi vult spirat, de vento non de spiritu sancto accipiendum esse ait. Augustinus verò aliter interpretatur. In Quæstione 108. multis conuicijs insectatur eos, qui volunt Hebræos dictos ab Heber non ab Abraham. Augustinus 2. lib. Retract. cap. 16. Et lib. xvi. cap. xi. de Ciuitate Dei vult Hebræos ab Heber, non ab Abraham esse dictos.

In his quoque

In his quoq; Quæstionibus Veteris, & noui testamenti aliter citantur quædam, quàm in libris Ecclesiæ habeantur. Velut illud non semel citatum ab Apostolo. An ignoratis altitudinem Satanæ? Item illud; Qui sumit indignè, gladium sibi acquirit. Et illud ex Luca: Nemo est, qui relinquat domum, aut Vxorem, aut filios, aut agros, qui non recipiat septies tantum in hoc seculo. Quam dicendi formam nec Græcorum, nec Latinorum habet lectio. At maxima consideratione dignũ videtur quod in Quæstione 73. de Beata Virgine legitur. Vbi habetur; Maria etiam, per quam gestum est Mysteriũ Incarnationis Saluatoris, in morte Domini dubitauit. August. lib. de Nat. et gr. c. 36. B. Virginẽ ab omni prorsus peccato liberã, & immunẽ vocat; ipsa autem dubitatio non poterat esse nisi peccatum infidelitatis, quod quidem absurdissimum est, nisi sumatur dubitatio pro admiratione. Illud etiam maximopere considerandum est, quod in 109. Quæstione legitur. Vbi multis rationibus, & mordicus quidem probatur, Melchisedech fuisse spiritum Sanctum, & vt hominem apparuisse. Id quod Augustinus in hæresi 34. Tomo 6. tanquam hæreticum damnat, nec in Retract. correctũ, nec recensitum inuenitur, cum illic Quest. libros diligenter recenseat. Quare cum Alphõso de Castro, cum Prateolo contra hæreses Tit. Melchisedech, nec non cum alijs compluribus asserendum est, Quæstiones Veteris, & noui Testamenti Augustini omnino non esse. Nec vnius tantũ hominis esse credendum est, cum eadem ijsdem verbis multis in locis iterentur, vt in 90. & 98. Quæstionibus videre licet, & diuersa de eadem re asseuerentur, vt in Quæst. 96. legitur Pascha dictum esse à Græcis transitum. Et in Quest. 116. legitur dictum à patiendo. Adde, quòd stylus frequenter mutatur modo verbis adstrictus, ieiunus, & mancus, modo immodicè garrulus. Et ordo non seruatur. Ex his igitur, alijsque de rebus permultis Quæstiones Veteris, & noui Testamenti Augustini omnino non esse, nec quidem vnius tantum hominis affirmandum est.

Abusionum duodecim gradus, uide litt. B.

Academici lib. tres.

Hos edidit libros P. Augustinus, dum esset catechumenus contra Academicos, ab Academia villa Platonis sic dictos, asseuerantes nullius rei ueritatem sciri posse. Horum librorum meminit in lib. Rect. lib. 1. cap. 1. ex lib. primo Academiæ quinq; retractat. Primũ quòd frequenter nominauit fortunam, quam tamen Deam aliquam intelligi noluit, sed solum fortuitum euentũ rerũ in bonis tantũ, aut malis externis, inquibus cã et ratio secreta est. Et quamuis forte. forsan, forsitan, fortassis, fortasse, et fortuitu, aduerbia ista, & id genus alia in nulla Religione sint prohibita, displicet sibi tamen hoc dixisse. quia dici non debet: Hoc fortuna voluit, sed Deus voluit, & permisit.

Secundum est quòd dixerit, pro necessitate nostræ naturæ, quia naturæ nostræ dura necessitas merito præcedentis iniquitatis exorta est.

Tertium quòd dixerit, Nihil corporeum esse colendum, sed abijciendum esse illud omne, quod ullus sensus attingit. quod retractat, quia est sensus mentis, & ait se loquutum esse more eorum, qui sensum tantumodo corporis dicebant

Quartum Retractat, quia non debebat dicere: Beate viuere est secundum mentem, & rationem: Sed secundum Deum, cui mens nostra totaliter subdẽda est.

Quintum Retractat dicens, se omen perperam posuisse, cum id in sacra scriptura, et apud Doctores eius in usu non sit.

Ex 2. lib. Retractat duo. Primum quod dixerit, quamuis fabulose, et poetice, Philocaliam, & Philosophiam sorores germanas eodem patre procreatas. Secundum, quod non debebat dicere, animum seueriorem rediturum esse in coelum, sed iturum, propter eos, qui dicunt animam de coelo in corpora fuisse lapsam.

Ex tertio quinque Retractat: Primum dicit, summum bonum hominis, non esse in mente, sed in Deo. Secundo quod dixit per omne diuinum deierare liquet. Tert. ꝗ dixerit verisimile esse falsum; Hoc tamen non est vniuersaliter verum. Quarto, quod Platonem, & Platonicos laudauerit plusquam debuerit, cum contra eorum errores pia veritas defendenda sit. Quinto quod Ciceronis verbis, & argumentis usus sit, quãquam ironice, suis tamen dixit esse nugas, quod sic dici non debuit.

Admonitionum libellus

HIC liber instar regulæ, quæ incipit: Comuni definitione decreuimus, Regula secunda à nonnullis inscribitur: & desinit: eo opitulante &c.

Adulterina coniugia.

LIBER de adulterinis coniugijs recensetur libro secũdo Retract. cap. LVII. & diuiditur in duos tractatus, qui sunt contra affirmantes uxorem dimittendam esse, etiam absque causa adulterij, & ea viuente aliam duci posse. Has duas opiniones reprobat respõdẽs duabus Pollẽtij Epistolis: et nihil de huiusmodi libris retractatur

altercatio Ecclesię, & synagogę

LIBELLVS elegans, & in lib. Retr. non recensetur, phraséque iureconsultus redolet. Vide Ecclesia

Agon Christianus.

LIBER de Agone Christiano recensetur lib. 2. Retract. cap. 3. & continet regulam fidei, & præcepta viuendi: & sic inscribitur, quia agitur ibi cõtra Manichæorũ vigintiquatuor errores, pro fide Christiana. De hoc libro retractat quod dixerat in calce fere ipsius de Resurrectione nostra exponens illud Apostoli: Caro, et Sanguinis regnum Dei non possidebunt. immutabitur, inquit, caro & sanguis, & fiet cæleste corpus, et angelicum. Hoc declarans ait: id non sic debet intelligi, quasi non sit futura carnis, et sanguinis in Resurrectione substãtia: sed quia nõ erit corruptio ãplius carnis, quæ nũc est

Amicitia.

HIC libellus non recensetur in Retract. nec Augustini esse creditur, cũ sit infans, & absque neruis: citat Ambrosium, & Hieronymũ, & Tullio tribuit, quod ille reijcit.

Animæ origo.

HIC liber de Origine animæ ad Hieronymum, de quo fit mentio in 2. lib. Retract. cap. 45. liber de anima, & eius origine contra Vincentium Victorem reprobantem lib. Augustini de fide ad pet. in quatuor partes diuiditur: & de eo fit mẽtio in 2. lib. Retract. cap. 56. vnde dictus Vincentius postmodum se correxit.

Animæ immortalitas

HIC liber, ut ait D. Augustinus in pri. lib. Retract. cap. V. propter contortas, ac breues rationes ita est obscurus, vt etiam à se ipso vix intelligi possit. et scripsit eum, dum esset Catechumenus. & septem sibi displicere dicit: Que sũt: Nõ est uerũ quod in eo, qui nihil discit, nõ potest esse disciplina, cuiusmodi est Deus: nec ꝙ sciã. nullã rẽ cõplecti, nisi quæ ad aliquã disciplinã

C pertinet

pertinet: nec, quòd quidquid intelligitur sit semper eiusmodi, sicut est animus, qui intelligitur, & non semper est huiusmodi. Nec est verum, quòd vita non sit vlli sine ratione, cum Deus sine ratione vita sit. Nec, quòd animus non possit separari ab æterna ratione, cum ei non localiter iungatur, & de hoc se excusat, quia non dum erat tunc temporis in Sacris literis eruditus. Peccata enim separãt nos à Deo. Nec est verũ quod anima carens corpore non sit in mundo, quamuis, ut ipse ait, mũdus possit sumi pro parte corporea: et ait temere dictum de subsistentia animæ, et corporis; cum corpus per animam subsistat.

Animæ Duæ.

HVnc edidit lib. dum esset presbyter contra Manichæos asseuerãtes duas animas esse in quolibet corpore: Vnam bonam, & alteram malam: Illam dicebant esse Dei partem, alterã de gente tenebrarum. Et recẽsetur in lib. pri. Retract. cap. xv. de quo nihil retractat, sed decem declarat. Primo, quòd creatura refertur ad Creatorẽ, non tanquã de illo, vt pars eius, sed ab illo, vt opus eius. Secũdo quod dixerat: nõ est peccatũ nisi in volũtate. Nec ob id ait; sequitur, ꝙ in paruulis arbitrio voluntatis non vtentibus non sit peccatum, vt aiunt Pelagiani. quia peccatum originale primorum Parentum voluntate commissum est: vel illud dictum intelligitur de eo, quod est tantũmodo peccatum, non peccatum cũ poena peccati: nec cõtrariatur Apostolo dicenti: Quod nolo, hoc facio. Quia hoc intelligitur de carnis concupiscentia, quæ est reatus originalis peccati, & poena; quamuis peccatum, quo assentitur concupiscentiæ, nõ nisi uoluntate committatur. Vnde alibi nõ nisi voluntate peccatur. Tertio uoluntas est animi motus, cogente ad aliquid agendũ nullo, uel adipiscẽdum. Hoc dixit propter peccatum primorum Parentũ, quod nullo cogente cõmissum est, & si ingnoranter, voluntate tamen ꝙ fuit voluntas facti, non voluntas peccati; Quod factũ, quãdo fieri non debuit, ideo peccatum fuit, & qui sciens peccat, volens etiam peccat: Qui enim potest resistere, non cogitur cedere; & quando aliquis nullatenus bona voluntate resistere potest cogenti cupiditati, quãdo contra iustitiam agat illud sic est peccatum, ꝙ etiam est poena peccati. Quarto declarat diffinitionem peccati tantum, non illius peccati, quod etiã est poena peccati, cũ dixerit: Peccatum est voluntas retinendi, vel cõsequẽdi, quod iustitia uetat. Addit etiã in hac declaratione, voluntatem ad benefaciendum non esse liberam, nisi per

Dei gratiam: & sine voluntate non esse peccatum, siue in origine, siue in opere. Quinto declarat quod dixit cōtra Manicheos: Malum genus animarum antequam coniungeretur bono nullam habuisse voluntatem, nec peccatū: et ait, non posse id trahi ad paruulos, in quibus est tantum originale peccatum, quod est cōmissum voluntate Adæ, & per eum intrauit in mundum. Sexto q & si dixerat animas natura malas nō esse, illud tamen aduersari Apostolo dicēti: Fuimus aliquādo natura filij iræ. Septimo, & octauo declarat cur paruuli teneantur rei peccati. Nono recitat opinionem aliorum. Decimo declarat q dixerat corpora diligendo peccauimus, quia spiritualia diligere, & iustitia iubemur, & natura possumus. Hoc (inquit) non dixi gratia, sed natura, quia tunc non contra Pelagianos, sed Manichæos agebam.

Animæ quantitas.

HIC liber editus est ab Augustino in Vrbe Roma iam baptizatus in Aphricam remeare contendens, & recensetur lib. pri. Retract. 1. cap. 8. Primò retractat quod dixerat Animā secum attulisse omnes artes, & discere non esse aliud, quàm reminisci, & ait se non intellexisse animam humanam in alio corpore, uel alibi uixisse, & in alia vita didicisse, sed quia intelligibilibus, & immutab. rebus connectitur, & videns veritatem vel in se, vel extra se in rebus interrogata respōdet, & omnium capax est intelligentia. Secundo cum dixit: Redderer mihi, cui maxime debeo: dicere debuit, Deo, sed quodam ordine reddet se sibi, postea Deo, sicut filius prodigus prius reuersus est ad se, postea iuit ad patrem: & dixit mihi per comparationem ad homines. quia sibi magis homo debet, quā alijs, & Deo magis, q̄ sibi.

Anima, & Spiritus.

HIC liber censetur non esse Augustini. quia cap. 37. fit mentio de Boetio longe post Augustinū: sed tamen communiter sibi inscribitur propter sententias, & uerba, quæ alibi eū dixisse constat, licet in Retract. non fiat de eo mentio: In cap. 6. citat Aristotelē, qui ætate Augustini nondum erat tā celebris, cuius Periherm. tantum, et Categoriarum libros se legisse testatur. Capit. 12. de resurrectione, & cap. 13. de animæ missione cum corpore perpendere necesse est, necnon cap. 45. & 46. & Trittemius Abbas Hugonis de Sancto Victore librum esse autumat.

HIC liber diuiditur in duos sermones.

B

Baptismus paruulorum.

HIC liber diuiditur in tres partes, & recensetur in 2. lib. Retract. cap. 33. contra Pelagianos & de 2. tantum retractat dicens: Deus (inquit) in fine largietur quibusdam, vt mortem repentina commutatione non sentiant: intelligendum est, quòd aliqui de hac vita in mortem, & de morte in eternam vitam celerrima commutatione tãquã in ictu oculi transeũtes mortem quodãmodo sentire non videbũtur.

Baptismus vnicus.

HIC liber scriptus est ad Constantinum contra Petilianum Donatistam, vt patet lib. 2. Retract. cap. 34. & retractat quod dixerat de Constantino Imperatore, quòd Donatistis criminantibus felicem locum accusationis dedisset, quamuis eos falsò criminatos fuisse sciret. Et hoc postea in gestis aliter inuenisse ait, eiusque Augustini diligentia laudatur.

HIC liber in 7. partes diuisus recensetur lib. 2. Retract. xviij, et est contra hæreticos baptismũ iterãtes, et auctoritate Cypriani se defendentes. In his libris frequenter dicit Ecclesiam non habere maculam, neque rugam. Quod, ait, intelligi debere, non de præsenti, quæ præparatur, ut in alia uita ita sit. De 4. lib. ait, se non sufficienter posuisse exemplum de latrone, cum dixit effusionem sanguinis, aut passionem habere uicem baptismi; cum incertum sit, num Latro fuerit baptizatus. De septimo libro Retractat quod dixerat de vasis aureis, ligneis, & fictilibus imitatus Cyprianum.

Beata Vita.

HIC liber est disputatio concludẽs beatam vitam reperiri in cõgnitione Dei; quẽ librum scripsit dũ esset Catechumenus, & libro primo Retract. capitulo secundo ait, librum ipsum esse interruptum, nec integrum reperiri. Redarguit septimo, quòd nimis laudauit quendam Theodorum, cui misit hunc librum. Secundo quòd nominauerit fortunam. Tertio quòd affirmarit beatam vitam esse in hoc seculo, cum sit in futuro.

Blasphemia in Spiritũ Sanctum.

HIC liber per modum sermonum editus non recẽsetur in libro Retractact. sed adnumeratur in lib. de uerbis domini lib. 1. ser. xi.

Boni natura.

HIC lib. de summo bono inscribitur, sed in lib 2. Retract. cap. 9. de natura boni inscribitur, & est cõtra Manichæos ostendens Deum summum esse bonum.

C

Canticum nouum

Hic liber est sermo quidam siue tractatus.

Charitatis uirtutes.

Hic est etiã sermo quidam, seu tractatus.

Charitatis laudes.

Sermo vt supra.

Catachlysmus.

Sermones duo sunt

Catechizandi rudes.

Hic liber est de docendis in fide nouellis, & in lib. 2. Retract. Cap. 14. recensetur, & retractãtur, quòd Diabolus conuenientius spiritus, quàm Angelus vocari debet.

Ciuitas dei.

Hoc opus in 22. lib. diuiditur, ingens quidem, & celeberrimum, vniuersalius, & vtilius, quã cætera alia, & recensetur lib. 2. Retract. cap. 43. Quorum lib. quinque primi refellunt eos, qui res humanas ex cultu multorum Deorum ita prosperari dicunt, & etiàm necessarium esse ipsum cultum. Quinque sequentes sunt aduersus eos, qui dicunt, hæc mala nec defuisse, nec defutura esse ijs, qui non sequebantur ipsum cultum, vel deserebant. In reliquis duodecim asseruntur pertinentia ad nostram fidem, & Religionẽ: & in primis quatuor de duabus ciuitatibus, id est Dei, & mundi. In Reliquis ea, quæ sequuntur ex his. De 10. lib. de ciuitate cap. 8. Retractat non debuisse poni pro miraculo cælicã flãmã in sacrificio Abrahæ, quia hoc illi in visione monstratũ est. De xvij. cap. 5 Retractat, potius dicendum esse Samuelem non esse filium sacerdotis, quàm non esse de filijs Aarõ.

Clericorum.

Clericorũ singularitas, vide litt. S.

Cogitatio in Crastinum.

est

EST quidam ſermo, ſeu tractatus, et in Retr. non recenſetur.

Concordia Patrum.

EST ſermo, ſeu tractatus, qui eſt in libro 50. homiliarum, Hom: 41.

Cognitio veræ vitæ.

HIC liber eſt ſatis magnus continens quadraginta capita editus ad fratres ſuos de Monte Piſano, dum ipſe erat frater, Anno ætatis ſuæ. 31. ab anno Domini. 409. in libro tamen Retract. non recenſetur.

Confeſſio.

HIC liber deuotior inter omnes in 13. diuiditur, & in lib. 2. Retract, cap. 6. recenſetur à primo vſque ad x. de ſuis malis, & bonis, loquitur. Ab. xi. uſque ad finem scripturam pertractat ab eo, quod ſcriptum eſt: In principio &c. vſque ad Sabbati requiem. De 4. lib. Retractat, animam ex duabus vnã factam fuiſſe, quod dixerat de amici morte Horatium imitatus lib. pri. Carm. Oda iij. Et ſerues animæ dimidium meæ. De xiij. inquit non ſatis conſiderate dictum eſſe, firmamentum factum inter ſpirituales aquas ſuperiores, & corporales inferiores.

Conflictus vitiorum.

HVNC librum aliqui Ambroſio, non nulli Gregorio tanquam ſtylum Gregorianum redolentem adſcribunt: Sed communius, & puto verius Auguſtini dicetur, licet in Retrac. lib. non adnumeretur.

Coniugale bonum.

HIC lib. contra Iouinianum ſcriptus eſt, vt cap. 22. ſecundi libri Retract. dicitur, de quo tria emendat: Primum, quòd quæſitum de carnali cõcubitu non plene diſcuſſit, ac ſoluit. Secundum, quod dixit, concubitum temperantia refrenante libidinem non eſſe. Tertium quod ait, Abraamum ſine filio eſſe paratum fuiſſe, cum de ſuſcitatione mox filium ſibi reddendum crediderit.

Conſenſus quatuor Euangeliſtarum.

HIC lib. diuiditur in quatuor, & recenſetur in lib. 2. Retract. cap. 16. De primo Retract. quod dixit, Gẽtem Hebræorum

bræorũ ab Abraã cæpisse, & Abræos dictos: sed uerius ab Heber hebræos, vt satis disseruit lib. 16. de Ciuitate Dei. Cap. xi. De 3. duo emendat: primũ quod dixit, Ioseph virum Mariæ alterum habuisse patrem, à quo adoptatus. nam dicere debuit, cui adoptatus: Secundum quod dixit Lucas ad ipsum Dauid per Nathan descendit, per quem prophetã Deus peccatum illius expiauit, debebat dicere per cuius nominis prophetam, cum ille non fuerit, sed propheta eiusdem nominis.

Consonantia Euangelistarum.

HIc liber sermo quidam est valde prolixus, quo Mattheus, qui Genealogiam Christi descripsit, per generationes descendendo, & Lucas ascendendo, concordantur, & habetur inter sermones.

Cõnsolatio mortuorum.

HIc liber per modum sermonum scribitur, & duos principales sermones continet.

Contemplatio Christi.

HIC lib. est paruus, & deuotus, quem in suo Diuus Bernardus detruncatè inseruit.

Contemptus mundi.

LIber quidam perbreuis, et ad modũ sermonis compositus.

Continentia

HIC liber satis magnus est, qui licet in Retract. lib. minime ab Augustino nominetur, eius tamen est, à nõnullis creditur Hugonis victorini.

Correptio Donatistarum.

HIC liber ad Bonifatium comitẽ in eos, qui Donatistas legibus imperialibus corrigi nolebant, scriptus est, atque in libro secundo Retract. cap. 48 recensetur.

Correptio, & gratia

HIC liber est vltimo recensitus in lib. Retract. & scriptus est ad valẽtinum, & ad alios Monachos: quia quidam eorum ex errore Pelagij dixerat, neminem corripiendum esse, si Dei præcepta non facit: sed solum, vt faciat, pro eo orandum est.

Chordæ Decem.

Hic liber est de Decem preceptis, licet magnus.

Credendi vtilitas.

HIC liber recensitus in lib. primo Retract. Cap. 14. Scriptus est ad amicum nomine Honoratũ adhuc Manichæum reuocãdum ab hæresi. ipse. n. multa, quæ credimus, deridebat. Hinc appositè scriptus est de Vtilitate credendi, seu potius de necessitate credendi inscribi debet. De hoc lib. 7. Retract. illud dictũ: Littera occidit. in lib. de spiritu, & littera melius pertractauit. Secundo beatissimos qui in venerunt veritatem, non debere intelligi in via, sed in patria. Tertio idem dixit de ijs, qui sciunt honesta, & diuina: Quarto melius exposuit de eo, quod scimus, & credimus. Quĩto homines omnes esse aut stultos, aut sapientes, intelligi debere de ijs, qui uti possunt lib. arbitrio. Sexto cũ dixit: miracula non fiunt nunc tanta, & omnimoda; non quòd nullo modo fiant, debere intelligi, ait. Septimo cum in fine lib. dixerit, se nondũ Manichæos cœpisse refellere; debet intelligi, in hoc libro. quia alibi contra eos scripserat.

Cura pro mortuis agenda.

HIC lib. recensetur in 2. libro Retract. cap. 64. & pertractat vtrum prosit defuncto sepeliri apud memoriam, idest Basilicam alicuius sancti, & de apparitionibus mortuorum, & vtrum sciant facta viuorum. Hic libellus videtur truncus, mancus, biulcus, & deprauatus, & in 2. Tomo ep. Hieronymi longè castigatior reperitur:

Cur, quãdo, & quomõ De⁹ hõ.

HIC liber paruus est, decem capita continens, & in lib. Retract. non recensetur, & ab hac inscriptione Anselmus sumpsit materiã, & nomen sui libri: diffusius tamen, & diuerso stilo.

Dilectionis substantia.

HIC est admodum paruus vnius tantum sermonis, & in Retract. non recensetur.

Disciplina Christiana.

HIC liber est vnius item sermonis tantum, & in lib. Retract. non recensetur.

Disciplinæ bonum.

Hic

HIC liber est duorum sermonum & in Retract. non recensetur.

Disciplinarum lib.

HIC liber in primo Retract. cap. 6. recensetur, hoc est, Musica quantum ad Rythmos, Dialectica, Rhetorica, Geometria, et Arithmetica. De Philosophia dixit, sola principia remãsisse, & has disciplinas, dũ esset Baptismum suscepturus edere cõabatur Mediolani.

Diuinatio Dæmonum.

HIC lib. recensetur in lib. 2: Retract. cap. 30. & retractat quod dixerat, Dæmones tota facilitate perdiscere, non solum dispositiones hominum voce prolatas, sed etiam cognitione cõceptas, per signa quædam ex animo expressa. Quod quia incertum est quomodo, et per quæ signa sciant, se audacius locutum esse ait, quàm debebat.

Doctrina Christiana.

HIC liber recensetur in libro Retract. 2. cap. 4. & in quatuor diuiditur partes: & vtilior est, quã forte credatur, cum sit quædam quasi Rhetorica sacra docẽs exponere sacrã scripturam, In tribus primis docet, quomodo Scripturæ intelligantur, & intellecta proferantur, & doceantur. De 2. libro tria emendat: Primo quòd liber Sapientiæ scriptus est à Philone, non à Iesu Sirach, sicut iã dixerat ibi. Secundo quod dixerat ex consuetudine vetus testamẽtum. 44. libros contexere, cum Apost. propriè nonnisi legem datam in Monte Syna vetus testamentum appellet. Tertio tribuens defectui memoriæ erredat quod dixerat, Platonem, & Hieremiã fuisse coætaneos in libris de Sacramentis, siue de Prophetia: sed Diuus Ambrosius nihil tangit de hac materia in lib. de Sacr. & librum de Prophetia reperiri ignoro, nisi liber de prophetia sint libri de Abraham, in Quorum 2. cap. xij. ait Ambrosius, Platonem fuisse in AEgypto, ubi dicta prophetarũ audire potuit.

Documenta.

Documenta salutaria vide littera. S.

Duodecim Gradus abusionum

Hic liber à non nullis Cypriano inscribitur, & quãuis in lib. Retract. non recẽseatur, ex ãtiquo tamẽ originali Diuĩ Patris Augustini inscriptus reperitur.

E

Ecclesiastica Dogmata.

Hic liber per modũ Symboli regulas fidei cõprehẽdit, et quãuis Gennadio adscribatur, nec nõ Tertulliano, et in lib.

Retract. non recensetur. ab omnibus ferè creditur esse Augustini.

Ecclesiæ, & synagogæ altercatio.

Hunc libellũ uide in dictione Alter*catio.*

Eleemosyna.

Hic lib. est vnius sermonis, & quãuis Cypriano adscribatur, Augusti*ni tamen à pluribus creditur esse.*

Enchiridion.

Hic liber paruus est in verbis, & in sententiis copiosus, & in 2. lib. Retract. cap. 63. inscribitur de fide, spe, & charitate, ad Laurentium, *& docet quomodo sit* Deus *colendus.*

Essentia diuinitatis.

HIC liber nõ recensetur in lib. Retract. & Hieronymo *adscribitur sub titulo de membris* Domini, *qui conueniunt in calce, in fine non item, nec in modo procedendi.* Redolet. *tamen stylum* Hugonis *victorini.*

Euangelistarum consensus. Vide consensus.

F

Feria quarta.

Est sermo quidam magnus pertractans principaliter de nouiter baptiz.

Fides ad Petrum.

HIC *liber non recensetur in libris* Retract. *est tamen* Augustini, *& valde vtilis, quia omnia credenda à fidelibus comprehendit.*

Fides, & Symbolum.

HIC *lib. in pri. libro* Retract. *cap. 27. recensetur, & editus fuit in* Aphricano Cõcilio, *dum ipse* Augusti*nus erat presbyter.* Retractat *quod dixit de mutatione corporum terrestrium in cælestia, & ait id debere intelligi, non quantum ad substantiam corporum, sed quantum ad incorruptionem.*

Fides, & opera.

HIC *liber probat adultos sine operibus non saluari, & in lib. 2.* Retract. *cap. 38. recensetur.*

Fides rerum inuisibilium.

Hic

HIC liber est contra eos, qui argu unt Christianos ea credere, quæ ipsi probare non possunt, & in lib. Re tract: non recensetur. ex epistolis Au gustini creditur consarcinatus ab Hu gone victorino.

Gratia,& lib.arb.

HIC liber scriptus est ad valen tinum, & Monachos Adru= mentinos,qui cum eo erāt, contra eos, qui defendebant lib.arb.negantes Dei gratiam,& in libro. 2 Retract. Cap. penultimo recensetur.

Gratia noui testamenti.

HIC liber recensetur in libro 2 Retract. Cap.36, & declarat sex quæstiones sibi propositas ab Ho norato. Prima est de illo verbo Chri sti in cruce: Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? secūda de verbo Apostoli In charitate fundati. Tertia de Decem virginibus. Quarta de te nebris exterioribus. Quinta de gratia noui testamenti, à qua ducuntur solu tiones cæterarum quæstionum.

H.

Habitaculum triplex.

HIC liber siue tractatus est ma gnus, vtilis, & speculatiuus, de Inferno, Mundo, & Paradiso, & de Beatorum gloria multa subtiliter pertractat, & à nonnullis Diuo Ber nardo adscribitur.

Hæreses.

HIC lib. inscriptus ad Quod vult Deum Diaconum complectens hæreses 91. earumque deriuationes: & editus est post lib. Retractation. vt patet ex epistola, quæ incipit: Do mino sinceriter dilectissimo fratri: sed eo in libro pollicetur se editurū opus maius, quo omnes hæreses conuincan tur. hic autem liber non reperitur, ne que vnquam peruenit ad cognitionem alicuius, quòd sciam.

Hypognosticon. i. subnotatio num.

HIC liber non recensetur in lib. Retract. est tamē in vtilis cōtra hæresim pelagianā, difficilis, subtilis & valde Theologus: non censetur Augustini, qui Titulos Græcos suis li bris indere non solet: multo minus eos, qui non indicant argumentum, nec sty lus per omnia congruit, licet eruditio nem, & facundiam præseferat: &

uidetur collectus à quopiam ex his, quæ sparsim ab Augustino dissertæ sunt contra Pelagianos. Aduerte tamē erro rem maximum appositum in margine libri quinti, Tomi septimi vbi cum di cat Augustinus contra Pelagium nullo pacto tertium locum perēnem inueniri posse, nec per rationes, nec per auctori tatem sacræ scripturæ, appositum est in margine: Purgatorium, ac si Augusti nus sermonē habuerit de Purgatorio. quod veneno hæretico plenum dicendū non est. Nam ibi Augustinus loquitur de tertio loco peremni, qui reperiri non potest, cum sint duo tantum loci peremnes, Regnum videlicet Coelorum, & Damnatorū infernus. Hanc animaduersionem hoc in loco apponen dam censui, quia hanc blasphemiam hæ reticalem in multis venetiarum, Lugduni, aliorumque locorum impressionibus legi.

Homiliæ.

HIC liber 50. complectitur sermones, cum homilia nil aliud sit, quàm sermo.

I

Ieiunium Diei Sabbathi,

HIC liber in lib. Retract. non recensetur, & solet inter epistolas adnumerari licet satis magnus. Videtur esse scriptus contra quendam asserentem diei Sabbathi ieiunare esse peccatum.

Ignis Purgatorij.

EST sermo de illo verbo Apostoli: Fūdamentum aliud nemo potest ponere, &c. & est vtilis de peccatis igne purgandis pertractans. falso autē ab aliquibus Cæsareo adscribitur.

Incarnati uerbi.

HIC liber non recensetur in lib. Retract. & à nonnullis existimatur esse quædam summa libri cuiusdā Origenis. Vīcēt. tamē ī Speculo historiarū Diuo Augu. ipsū adscrib: Sed illud de filio volūtate progenito, docet nō eē Augustini, & tamen dignū lectu.

Innocentia uera.

Hic liber inscribi solet de sententijs Prosperi, quòd ipse è diuersis lib. Augustini eas descripserit.

Inquisitiones Ianuarij

HIC liber recensetur in lib. Retract. cap. 20. & à non nullis inscribitur

inscribitur de cõsuetudinibus Ecclesiæ. in duos libros diuiditur in primo de sacramentis, in 2. de ratione mutationis paschalis, & aliorum festorum mobilium, & ait de 2. libro displicere quod dixit de manna.

Iustitiæ perfectio.

HIC liber nõ recẽsetur in lib. Retract. & est contra Pelagiũ & Cælestium dicentes, nullum hominem peccare, si nollet: et iustos esse omnes. si uellent.

L

Liberum Arb.

HIC liber in lib. primo Retract. recensetur. cap. 9 nihil retractatur. et est contra Manichæos, præsertim asserẽtes Deũ ẽe auctorẽ mali: & Pelagius hũc librũ pro suo errore allegauit: & hac de causa Augustinus in libro Retract. de hoc libro mentionem fecit.

Locutiones.

HIC liber in septem diuiditur, explicans quosdã modos inusitatos loquendi in Scriptura sacra à principio Geneseos ad librum usque iudicũ inclusiuè: & in 2. Retract. cap. 13. recensetur, & retractat loquutionem illam Fecit Noe omnia verba. &c.

M.

Magister.

HIC liber est de Deo vero Magistro, & pri. retract. cap. xij. recensetur: et nihil de eo corrigitur, et est dialogus Augustini: cum Adeodato cuius ingenium in lib. Confessionum cap. 6. commendat.

Mendacium.

HIC liber est vtilis, & obscurus, vt ait ipse Augustinus lib. primo Retract. cap. vltimo.

ALTER Liber contra mendacium est contra Priscillianistas hæreticos, & recẽsetur lib. 2. Retract. cap. 60.

Meditationes.

Hic liber à non nullis inscribitur secundus liber soliloquiorum ad DEVM: est deuotus, & à Bernardo & Anselmo,

& Anselmo, quantum ad litteram, in suos est transatus, in Retract. non recensetur, & continet Cap. 39; per tractans pœnas inferni.

Mirabilia scripturę sacræ.

HIC liber est satis magnus in duas partes diuisus, & in libro Retract. non recensetur. prima uerba libri variè reperiuntur.

Manichęorum opus.

HIC liber scriptus est contra quosdam Monachos crinitos, et à corporali labore ociosos, & 2 lib. Retract: cap. 21 recensetur.

Mores Ecclesiæ, & Manichæorum.

HIC sunt duo libri, vt Augustinus ait libro primo Retract. cap. 7. dum ipse remearet ad Africam Romæ conscripti contra Manichæos, qui fallaci continentia se catholicis præferebant. De primo quidem de moribus Ecclesiæ sex emendat, primo quod dixit. Propter te afficimur tota die, ubi dicendum erat, morte afficimur, uel mortificamur. Secundum quod dixit sobrietatem sapiētia docet, cum dicendum esset, sobrietatem, et sapientiam docet Sap. 8. Tertiū quod dixit Vanitas vanitatum, quia dicere debuit vanitas uanitantium, vt habet lectio græca: & hoc propter codicis mendositatem se dixisse affirmat. Quartum quod dixit: Deum prius plena Charitate diligamus. Nā melius, inquit, fuisset dicere, syncera. Quinctum quod dixit cap. xxvij. Si sapiētes vsque adeò sint, vt iam nullo animi dolore turbetur, hoc supplet, quia non dixit quòd tales sint. Sed dixit, si tales sint. Sextū quod dixit cap. 30. Si alicui tantus charitatis ardor innascitur, qui potest esse purgatus omni vitio, Pelagianorum causa emēdat dicens, hoc esse in Patria, non in via. De 2. qui de moribus Manichæorū inscribitur, Duo retractat. Primū est quod dixit: Dei bonitas omnia deficiētia sic ordinat, ut ubi sint, ubi congruentissime possint esse, donec ad id reccurrāt, unde defecerunt. Hoc dixit non debere absolutè intelligi propter Origenistas, qui omnes animas aliquando dicebant, esse saluandas, sed accipi pro recurrentibus ad Deū, à quo defecerūt. Secundum est, Scarabeos de fimo procreari, cum vniuersaliter verum nō sit. In hoc opere vsus est stylo demisso, non propter inscientiam, sed propter charitatem, quia voluit intelligi, etiam

etiam ab imperitis. tunc .n. temporis textores, & textrices latinam orationem simplicibus verbis, & sensibus contextam intelligebant.

Musica.

HIC liber subtilis, Theologus, et vtilis in sex diuiditur, & in libro .1. Retract. cap. 6. & xi. recensetur: in quo agit solum de rithmo, cuius quinque libros nondum Christianus apud Mediolanum edidit. Sextum. de quo mentio habetur lib. 1 Retract: cap. xi perfecit in Aphrica post baptismum. Et de hoc sexto tria supplet. Primum, animum carentē corpore, & corporis numeris meliorem fieri: non .n. debet intelligi, quasi post resurrectionē aīa nō sit ī corpore corporales numeros habitura: sed quòd ab eis non occupabitur. Secundum est, quod dixit, sanitas erit firmissima cum pristinæ sanitati post resurrectionē corpus restituetur, quod debet intelligi .1. nullā ægritudinem illa corpora patientur. Tertium, quod dixit: rerum transitu completur infirma pulchritudo, & quod in illa imitatur constantia, à summo Deo per animam traijcitur, & hoc locum habet solum in corporibus hominum, nequis in Platonis errorem de Mundi anima incidat. Addit, se temere dixisse, Mundum esse animal. Nam licet per Angelos administretur, scriptura tamen, Angelos animalium nomine significare non solet, Vnum autem retractat circa finē libri, ubi per animā, Angelos intelligit. Hoc, inquit, non benedictum est. quia non legitur in sacra scriptura, Angelos habere animā.

Natiuitates Christi duæ.

HIC liber, qui etiam de duplici natura in Christo inscribitur, est quidam sermo, siue tractatus.

Natura, & gratia

HIC liber, qui in 2. libro Retract. cap .42. recensetur, scriptus est contra Pelagium, qui hominis naturam contra Dei gratiā defendebat. De quo lib. emendat. quia, quædā uerba Sixti papæ & martyris esse cōcessit, cū essent Sixti Philosophi pythagorici.

Nuptiæ, & concupiscentia.

Hic liber, qui in 2. libro Retract. cap. 53. in duos diuiditur, & scriptus est Valerio comiti, contra Pelagianos, qui dicebant, Augustinum damnare nuptias, eo quod omnes cum peccato originali nasci tradidisset.

Oratio

Oratio Dominicalis

Hic liber magnus quidã sermo est, siue tractatus;

Oratio Dominica, & Symbolũ

Hic liber in duos diuiditur sermones, quorum primus est de simbolo: Secundus de oratione.

Orandus Deus.

Hic liber in libro Retract. non connumeratur: tamen magnus est, vtilis, ac delectabilis, eo maxime, quod modos omnes persuadendi, & animum Iudicis inclinandi, & secundũ artem Rethoricam reducit ad modum orandi Deum.

Ordo rerum.

HIC liber accuratione styli elaboratus in duos diuiditur, & libro primo Retract. cap. 3. recensetur Hunc Augustinus scripsit more Dialogi quasi disputatoriè, cum adhuc esset catechumenus, in quo ferè per totum quæritur, utrum omnia bona, & mala diuinæ prouidẽtiæ ordo contineat. De quo nõ ẽ sibi displicere affirmãt: Primũ quòd frequenter nomine Fortunæ usus est. Secundum quòd de sensu loquens non addebat, corporis. Tertium quòd multum laudauit liberales disciplinas: Quartum quòd Musas, licet iocando, Deas appellauit: Quintũ quòd admirationem vitium nuncupauit. Sextũ quod Philosophos vera pietate minime præditos virtutis luce fulxisse dixit. Septimum quòd duos Mundos posuit: vnum sensibilem alterum intelligibilẽ, & quod addit Platonem nõ errasse, ponendo mundum intelligibilẽ. Octauum quòd dixerit, Deum sine summis moribus hominem nõ exaudire, quia Deus etiam peccatores exaudit. Nonum quòd Pythagoræ plurimum laudis dederit.

Oues.

HIC liber homilia quædam est adeo magna, vt ad quantitatem libri excreuerit.

P

Pater ingenitus.

Vide litteram. T. tractatus.

Psalmi.

Hic

Psalmorum opus ingens est, et eruditissimum, & admodum vtile, atq; celeberrimum. In lib. tamen Retr. nõ recensetur. ob causam superius assignatam, cum agitur de librorum iudicio.

Pastores

HIC lib. est Homilia quædam valde magna.

Patientia.

Hic liber satis magnus est, neque in libro Retract. annumeratur: quem aliqui appropriant Cypriano, ex ignorantia tamen. quia multum in stylo à Cypriani libro differt.

Partes Pœnitentiæ tres.

HIC liber est magna homilia, et à nonnullis homilia de pœnitentia inscribitur.

Pœnitentia vera, & falsa

HIC liber est satis magnus, & per capitula plura distinctus, scriptus est cuidam Sanctimoniali contra Nouatianum, qui post baptismũ pœnitentiã negabat. In libro Retract. nulla de eo fit mentio, & aliqui negãt eum esse Augustini. quia cap. xvij fit mentio de ipso Augustino, & sententia ab Augustino dissentit.

Pœnitentia.

Hic liber duos habet Sermones.

Prædestinatio gratiæ.

Hi liber etiam de prædestinatione, & gratia, vel de Voluntate rei inscribitur, & in libro Retract. minime recensetur.

Prædestinatio, & perseuerantia Sãctorum.

HIC liber magnus est, & in duos distinctus, scriptus est autem ad Prosperum, & Hylarium, & in libro Retract. non annumeratur.

Prædestinatio.

HIC est alius liber non admodũ magnus de prædestinatione: qui etiam disputatio Augustini de prædestinatione contra Pelagianos inscriptus est.

Præsentia Dei ad Dardanum.

Hic liber 2. libro Retract. cap. 49 recensetur, & est contra Pelagianam hæresim, licet in eo minime nominetur

Q

Quæstiones. 83.

Hic liber primo Retract. Cap. xxvi. recēsetur: de quo 23. ēmendat. Primum de nona quæstione, ubi dixit omne sensibile sine ulla temporis inter missione cōmutari. Nā ī corporibus glo rificatis veritatem non habet. Secundū de duodecima quæstione dixit illam quæstionem suam non fuisse, sed cuius dam Frontei chartaginensis, qui paga nus scripsit, & Christianus obijt. Ter tium de quæstione 12. dixit, Deum nō esse authorem mali; Nam de malo cul pæ intelligendum est, quia malum poe næ est à Deo. Quartum de quæstione 23. ubi dixit, Deum eam genuisse sa piētiā, qua sapiens est: sed in libro de Trinitate se melius pertractasse dicit. Quintum de xxiiij ubi dixit, rectè in li bero arbitrio voluntatis addi debuit, quod ad recte faciendum, Dei gratia operatur. Sextum de 31. quia non fu it sua, sed Tullij. Septimum de 35. ubi dicit, quòd illud est amandū, quod nihil est habere, quàm nosse. Hoc non approbat, quia aliqui Deum habent, quem ignorant, uel non sicut agnosci debet, agnoscunt. Octauū ibidē, quòd dixit, nemo beatam vitā nouit: & mi ser est; quod intelligi debet, sicuti no scenda est. Nonū de 36. ubi dixit, quòd Deus, & animus, quo amatur, chari tas proprie dicitur consumata, si ni hil aliud amatur. Addi debet, quòd ad Deum non referatur. Decimū de 44. ubi Christum dicit in iuuenli ætate ue nisse, quod debet intelligi de iuuentute hominis, non mundi. Vndecimum de 47. ubi dixit, post resurrectionem cor pora nos habituros angelica: quod ait se melius per tractasse in libris de Ciui tate Dei. Duodecimū de 51. ubi dixit. quòd homo sine anima non recte dici tur homo, debuit dicere, non proprie. Decimum tertium ibidem, ubi dixit ho minem esse ad imaginem Dei, quod nō debet intelligi quasi homo non sit etiam imago Dei. Decimumquartum de 54. ubi dixit: Quod est ōni anima me lius Deum dicimus, debuit dicere, ōni creato Spiritu melius. Decimum quin tum de 61, ubi dixit, quòd ad personas Regiam, & Sacerdotalē Sacra unctio pertinebat, addi debuit maxime perti nebat, nam & prophetæ nunciabātur. Decimū sextum ibidem, ubi dixit Na thā, de quo Lucas, eum esse, qui Dauit arguit

arguit. nam diuersi fuerũt. Decimum septimum de 62. ubi dixit de Latrone bono, ex aliorum opinione, quod non fuerit baptizatus, cum illud incertum sit. Decimum octauum, de 66. ubi super illud Apostoli: Ego autem carnalis sum, inquit, idest carni consētio, nondum spirituali gratia liberatus: Hoc non bebet sic accipi, quòd spiritualis homo iam sub gratia constitutus, etiã de se dicere non possit. Decimum nonum ibidẽ super illud Apostoli: Corpus quidem mortuũ est proter peccatum, ait corpus mortuum, quandiù rerum temporaliũ indigentia molestabat animã, sed melius postea, ideo, pp peccatum mortuũ ĩquit, qa habet necessitatẽ moriendi, quam nõ habuit ante peccatum. Vigesimum de 63. ubi dixit hominem signaculo imaginis propter peccatum amisso, creaturam tantũ remansisse. Quod non debet intelligi quasi totum amiserit, quod erat imaginis Dei. Vigesimum primum ibidem ubi dixit, bonos Angelos spiritualiter, malos vero animaliter viuere. Quod dictũ de malis Angelis audacius est, quàm vt possit sacris comprobari litteris. Vigesimum secundum de 98. ubi dixit: Deus non miseretur, qui ad pacem vocat nisi voluntas praecesserit. Hoc intelligitur post pænitentiam, nam non dixit quasi non sentiret misericordiam Dei praecedere voluntatem. Vigesimum tertiũ ibidem super illud: In utero sanctificaui te, & cum esses in renibus patris tui, vidi te, ait se non recordari, ex quo exemplari habuerit cũ esses in renibus.

Quaest. xxi

HIC libellus inscribitur etiam De sententiis viginti vna; & in Retract. non recensetur, vide Sententiae.

Quaestiones diuersae ad Simplicianum.

HIC liber ad Simplicianum scriptus est, qui Ambrosio in Episcopatu successit, vt inquit Augustinus lib. 2. Retract. in principio. Partitur hic liber in duos, qui primo ab Augustino editi sunt, postquam Episcopus fuit, quorum primus duas continet quaestiones ex verbis Apostoli ad Romanos: prima, & super illud: Lex peccatum est, absit &c. quae verba de homine sub lege constituto exposuit, quod postea dixit ad spiritualem etiam hominem posse referri. In secunda de libero Arbitrio multa dixit, semper intelligẽs Dei gratiam praeualere. Secundus vero habet quaestiones quasdam de libris Regum: in quarum parte dixit

E 2 nihil

nihil sic esse in nostra potestate, quã ipsum velle; Debet tamen semper intelligi; quòd ad bene viuendum præparatur voluntas à Domino.

Quęstiones Euangeliorum.

HIC liber partitur in tres, vt dicit libro Secundo Retract. cap. xij, & continet perbreues expositiones quorundam locorum ex Euangelio Matthæi, & Lucæ. Primus habet quæstiones 27. de quo in xxv. ubi dixit Christum duobus Discipulis suam Passionem seorsum retulisse; debuit dicere duodecim: sed Augustinus codicis mẽdositate deceptus est. Secũdus quæstiones continet 51. de quo in v. ubi dicit: Defuncti Fratris vxorem Frater ducere debebat ex lege. Additque: Lex iubebat filium inde natum, nomen defuncti Fratris habere. Quod Augustinus retract. Quia lex volebat, eum dici filium defuncti, non autem quòd nomine eodem vocaretur. Tertius habet quæstiones xiij: ex quibus nihil retractat.

Quæstiones sex ad Deogratias.

HIC liber sic ab Augustino lib 2. Retract. cap. 31. scribitur, & est contra Paganos, cuius primã quæstio de resurrectione agit. Secunda de tempore religionis Christianæ, in qua dixit: Salus huius Religionis nulli unquam defuit, qui dignus fuit: & cui defuit, dignus non fuit. Quod non dixit, tanquam aliquis proprijs meritis dignus existat, Sed vocatione Dei dignus efficitur. Tertia de Sacrificiorum distinctione. Quarta de illo: In qua mensura mẽsi fueritis: Quinta de filio Dei secundum Salomonem. Sexta de Iona Pprophеta. Hic liber inscribitur Oratio, & maximã eruditionẽ, argutam, et facũdam, multisque ex omni genere schematibus refertissimam, quæ uiuidam, & iucundam reddunt dictionem, complectitur: editus fortasse ab Augustino, dum esset Iuuenis.

Quæstionum libri septem.

HIC liber in septem diuiditur, qui Scripturam exponunt a principio Genesis vsque ad finem libri Iudicum. Meminit Augustinus huius operis libro 2. Retract. cap. 55. Primus in Genesim habet quæstiones. 173 de quo 99. quæstione ubi quærit de Virgis, quas Iacob in canalibus ponebat, dicit illam quæstionem se incomple-

complete soluisse. Secundus liber super exod. continet similiter quæstiones 173. Tertius super Leuit. habet quæstiones 95. de quo 82. quæstione, ubi quærit de sūmo sacerdote, quando poterat cognoscere vxorem ex quo immundus erat, vsque ad vesperam, si die quolibet incensum debebat mundus offerre. Et soluit quòd per ipsam vesperam iam non erat immundus, sed vsque ad ipsam ut in eo tēpore incēsum mūdus offerret: Item quæstione 83. ubi quæsiuit quomodo prohibitus esset summus Sacerdos super funus Patris intrare, cum filius patri in Sacerdotali dignitate succederet, quam non satis complete soluit. nam tale præceptum propter illos erat, qui futuri summi fuerant Sacerdotes, non summis sacerdotibus Patribus succedentes. ibidem quæstione 84. ubi de Latrone bono loquens, baptizatum non fuisse asseruit, cum non esset certum. Quartus liber super librū Numeri continet quæstiones 65. Quintus super Deut. habet quæstiones 56. de quo 48. quæstione vbi dicit, quòd in Genealogia Christi, matres non nisi cū Patribus nominantur. quod licet verum sit, impertinenter tamen per hoc ad quæstionem se respondisse affirmat. Sextus super lib. Iosuæ habet quæstiones 29. Septimus in lib. Iudicum habet quæstiones 57.

Qæstiones Dulcitii octo.

HIC liber. 2 Retract. cap. 65. recensetur, de quo nihil retractat.

Quæstiones veteris, & noui testamenti,

HIC liber est satis magnus: de quo in libro Retractat. mentio non fit, & Augustini esse non censetur. Hic diuiditur in duos: Primus, quo ad vetus Testamentum habet quæstiones 47. Secundus quò ad nouum habet quæstiones 80. uide supra vbi fit iudicium de eius libris.

Quæstiones ex Mattheo.

HIC libellus stylum AVGVSTINI redolet, quāuis in libro Retractationum de eo mentio non fiat.

Quæstiones ad Orosium. 65

HIC liber etiam Dialogus ad Orosiū inscri-

inscribitur. est.n. per modum Dialogi scriptus: De quo in libro Retract. nulla fit mentio. Et Augustini à nonnullis esse non censetur, sed collectus a quopiam. quia stylus præfationis cum opere nõ cõgruit, & ab Orosianá phrasi dissidet. studium tamen eius, qui librũ collegit, non est damnandum.

R

Regula Fratribus data.

HAEC Regula in nonnullis voluminibus inscribitur data Sanctimonialibus, tamen nõ est incredibile, quod eam Fratribus ãtea dederit, & postea Sanctimonialibus eius: In quibusdã codicibus initium est: Hæc sunt, quæ ut obseruetis, &c. Verius tamen, Ante omnia Fratres charissimi, etc. est una è tribus, seu potius duabus Regulis, quæ nunc extant inter opera Augustini, eiusdem fere argumenti, mutatis mutãdis. Ricardus Cenomanus ordinis Santi Francisci Theologus Parisiensis optime respondet censuræ cuiusdam arrogantis, & impudentis hominis, & iniqui. In vetustissimis exemplaribus inscripta sic legitur: Regula ad seruos Dei, hoc est, Monachos, vt colligitur etiam ex omnibus locis, vbi Augustinus per seruos Dei, Monachos intelligit, & frequentissimè quidem, vt fusius alibi ita esse clarè ostẽdam.

Religio vera.

HIC liber, vt dicitur primo Retract. cap. xiij copiose docet nihil hominibus esse colendum præter Trinitatem, Patrẽ, & Filium, & Spiritum Sanctum, de quo multa declarat: sed vnum tamen simpliciter retractat: illud est, quod nullas necessitudines haberemus, quæ nascendo, & moriendo contingunt, si natura nostra in præceptis, & imagine Dei perstitisset. Hoc improbat inquiens, Dato quòd homo non peccasset essent, istæ cognationes, & affinitates.

Retractationes.

HIC liber vtilissimus est, & recensetur in epistola quadam ad Quod vult deum Diaconum, quæ habetur in principio sui libri de hæresi. Diuiditur hic liber in duos: in quorum primo recenset omnes libros, quos edidit nondum Episcopus. qui sunt numero 26. & examine magis indiguerunt In 2. eos recenset, quos edidit postquã fuit Episcopus, quique minorem correctionem exigebant.

Salutaria

Salutaria documenta.

HIC liber est execratio quædam Augusti. ad Comitem sibi charissimum, dequa nulla fit mentio in lib. Retract. et cẽsetur non esse Augustini, cum sermo non sit purus, neque cohæreat alicubi, est tamen pius.

Scala.

SCALA paradisi in Retract. non recensetur, & in antiquis exemplaribus Diuo Bernardo adscriptus reperitur, & ipsius reddolet stylum, vt ait Trittemius.

Sententię xxi

HOC in libello non desunt solæcismi: & nonnulla bis in tam exiguo opusculo leguntur. in 2. sẽtẽtiæ fine posita sunt carmina, quæ ad propositum facere non videntur: & in xiij. Sententia tribuit Angelis auditum, & sensum, non aliter quem hominibus, hinc: Augustini non censetur.

Sermones Erademitas.

Sermones ad Eremitas, & alij non recensentur in lib. Retract. quia passim non instar libri editi sunt: sed de omnibus, & præsertim de sermonibus ad Eremitas iudicium uide in fine, vbi de õnibus sermonibus fit quãdã mẽtio satis Cõcionatoribus cõmoda.

Singularitas Clericorum.

HIC liber ita inscribitur, quia monet clericos singulariter habitare longe à mulieribus: attribuitur à nõnullis Diuo Hieronymo: A quibusdã Origeni: Sed verius eſt Augustini, licet in lib. Retract. minime habeatur.

Symbolum ad catechuminos.

HIC liber inscribitur etiam Regula fidei ad cathecumenos continet. quatuor tractaus ad modũ sermonum.

Symbolum legendum.

HIC liber magnus quidem, & vtilis tractat etiam de aduentu Domini, & scribitur per modũ tractatus contra Iudos, Paganos, & Arrianos.

Symbolum.

HIC liber est instar parui libri. & magni sermonis, & nõ recensetur

recensetur in lib. Retract.

Symbolum ad Laurentium Episcopum.

HIC liber est magnus: à nonnullis Hieronymo ascribitur, nec in Retract. lib. nominatur: in antiquo tamen volumine Augustino tribuitur.

Soliloquia.

HIC liber ab Augustino editus est, cum adhuc esset Catechumenus: scribitur per modum dialogi, & recẽsetur libro primo Retract. cap. 4. de quo sex emendat. Primum quod dixit in oratione: Deus, qui non nisi mundos verum scire voluisti, nã etiam immundi vera scire possunt. Secundum quod ibidem dixit: Deus, quem sensus ignorat; intelligendum est de mortalis corporis sensu. quod addi vult Augustinus, vbicumque in suis libris locutio similis reperitur. Tertium quod dixit de patre, & filio; qui gignit, & quem gignit vnum est; dici enim debuit vnũ sunt. Quartum, quod dixit, beatam esse animam in ista vita, intellecto Deo; addi debuit, in spe. Quintum, quod dixit ad sapientiæ communionem non vna via perueniri. quia non est alia via nisi Christus. Sextum quod dixit ista sensibilia esse penitus fugiendã. quod non dixit, vt Porphirium sequeretur, sed addidit ista, hoc est corruptibilia, quæ non erunt in futura vita. Vnum autem penitus retractat videlicet, quod dixit cũ Platone: Scire non esse aliud, quàm reminisci, de quo plenius disputat lib. xiij. de Trinitate. Hic liber inscribitur etiam de cognitione Dei, & animæ resipiscentis infantiã in Christo: lectorẽque patientem, & candidum requirit.

Soliloquia ad Deum.

HIC liber est valde deuotus, & habet stylum libri confessionum: ab aliquibus dicitur liber Meditationum secundus.

Speculum.

HIC liber non recensetur in lib. Retract. Recensetur tamen inter libros Augustini à Posidonio in uita ipsius: siue vt quidam malunt, à Possidio. Præfatio vero à stylo Augustini non abhorret.

Spiritus, & Anima.

HIC liber non recensetur in lib. Retract. & vide superius, de Anima, & Spiritu

Spiritu

Spiritus, & littera

HIC liber 2. Retract. cap. 37. recensetur, & est super illud Apostoli: Littera occidit, spiritus autẽ viuificat, contra Pelagianos præsertĩ, de quo nihil retractat: sed notat, se dixisse ceremonias a carẽdo dictas esse, quasi ceremonias eo quod obseruãtes carent his rebus, a quibus abstinent.

Supputationes.

HIC liber stylum habet libri Soliloquiorum ad Deum, & in quattuor diuiditur, de quo in libro Retract. mentio non habetur.

T

Temporis quantitas.

HIC liber est quidam breuis tractatus, in quo docetur quomodo in Scriptura partes, & nomina temporis accipi debeant.

Tempus Barbaricum.

Hic liber est quidam sermo, seu tractatus valde magnus habitus in die Sanctarum Perpetuæ, & Felicitatis.

Trinitas.

HIC liber 2. Retract. cap 15. recensetur, & in 15. partes distinguitur, de quibus omnibus tria emẽdat: Primum de libro xi. vbi de corpore uisibili, ait: Id amare alienũ est, quod dixit de fruitione, non auten de amore in ordine ad Deum. Secundum de eodẽ est, se negasse volatilia quadrupedia, quæ tamen in lege commemorantur, vt sunt locustæ, & scarabei. Tertium de xij. super illud Apostoli: Quodcumque peccatum fecerit homo, extra corpus suum est. De pluribus peccatis exponit, cum Apostolus de solo fornicatione loquatur. Hic liber subtilissimus inter omnes censetur.

Trinitas, & vnitas Dei.

HIC liber non recensetur in lib. Retract. videtur tamẽ decerptus ex Augustino. vide cap. 3. Solecismum sic iacentem: Quæ missio opus est sanctæ Trinitatis.

Trinitatis collatio.

HIC liber, qui dicitur collatio de Trinitate, paruus est, & per modum dialogi conscriptus.

Trinitatis inquisitio.

HIC liber est quidã libellus valde vtilis, qui dicitur inquisitio de Trinitate.

Tractatus de patre ingenito.

Hic Tractatus est quidam Sermo.

V.

Verba Domini.

HIC liber in tres diuiditur, & habet sermones quosdam super sententijs, & verbis Christi. Primus est in Matthæum, continens sermones 23 Secundus in Lucam, habens sermones 15. Tertius in Ioannem, & habet sermones 28.

Verba apostoli.

Hic liber super quibusdam Apostoli verbis habet sermones 33.

Videndus Deus.

Hic liber 2 Retract. cap 41. recensetur, et de eo nihil retractatur, sed vtrum Deus, qui Spiritus est, per tale corpus videri possit, in 22. libro de Ciuitate Dei optime explicauit. Questio est difficillima. Hic liber est valde paruus, et iccirco ab Augustino vbi supra inter libros non adnumeratur, inscribitur autem Cõmonitoriũ de videndo Deo.

Virginitas Sancta.

Hic liber vt dicitur 2. Retract. cap. 23. scriptus immediate est post librum de bono coniugali, & præcipue docet, quomodo virginitas ab humilitate custodiri debeat.

Virgines Sacræ

Hic liber e ad sacras virgines tribus virtutibus contra vitia tria, satis magnus, & vtilis, dequo in libro Retract. mentio non habetur.

Visitatio infirmorum.

Hic liber in duos tractatus distinguitur, & in quibusdam originalibus inter epistolas adnumeratur.

Viduitatis perfectio.

Hic liber scriptus est Iulianæ: in quo sic commendat ipsam continentiã uidualem, ut tamen agat contra Cathafrygas.

frygas, & Nouatianos, & Tertullianum, qui omnes secundas nuptias damnarunt.

Vita Eremitica.

HIC liber *videtur esse Augustini, scriptus ad Sororem.*

Vita Christiana.

HIC *liber non recensetur in lib. retract. magnus tamen est, & utilis, scriptus uidetur ad Sororem suam, & circa finem de uiduis loquitur.*

Virginitas Sanctæ Mariæ.

Hic *liber est quidam tractatus, siue sermo.*

Virtutum, & Vitiorum conflictus.

Vide *Dictionem. Conflictus.*

Verbi incarnatio.

HIC *liber non recensetur in Retract. & illud de filio, uoluntate progenito, declarat librum non esse Augustini, est tamen dignus lectu.*

Libri Augustini contra Hæreticos Arrianos.

L*iber contra sermonem Arrianorũ nominatur ab Augustino libro secundo* Retract. *cap.* 52. *qui alicubi inscribitur contra perfidiam* Arrianorum. *confutat sermonem quendã, in* 39 *articulos diuisum.* Liber cõtra Fæ*licianum Arrianum ad Optatum in libro* Retract.*non recensetur: & probat subtiliter, & sufficienter filium esse coæqualem, & coæternum Patri.*

LIBER *contra Maximinum* Arr. *Episcopum in libro* Retract. *non recensetur, à Magistro sententiarum* 2.*lib. frequenter citatus: & in tres diuiditur partes.*

Donatistæ.

PSalmus (*omnes, qui gaudetis*) *editus est in causa Donatistarum per litteras latinas lib.*1. *Retract.cap.* 20. *Liber contra Epistolam Donati, qui secundus post Maiorinum apud* Carthaginem *episcopus fuit: recensetur primo* Retr.*cap.* 21. *In quo notat quatuor.* Primo *quia dicit, quòd in* Petro *tanquam in Petra fundata est* Ecclesia: *& tamen Christus non dixit* Petro: TU ES PETRA: *sed tu es* Petrus: Petra *autem Christus est, non*

tamen primam improbat intelligentiã, & D. Ambrosii auctoritate confirmatur.

Secundo super id: Nullius mortem Deus quærit: quia homo sibi mortem acquirit deserẽdo Deum.

Tertio retractat, non fuisse illum Donatum, cuius Epistolam refellebat, qui rogauit Imperatorẽ, ut inter ipsũ, & Cecilianum, transmarinos Episcopos iudices daret, sed alium, qui primus apud Carthaginem, nepharium ipsum schisma commisit.

Quarto retractat Donatũ Carthaginensẽ non instituisse, vt Christiani rebaptizarentur; nec de libro Sapientiæ abstulit dimidiam sententiam, vt quondam ipse pater Augustinus putauerat.

Liber contra partem Donati recensetur 2. Retract. cap. 5. diuisus in duos speciales libros, & de primo vnum retract. videlicet, schismaticos ad communionem violenter trahendos esse, quod prius non sibi placebat.

Liber probationũ, & testimoniorum contra Donatistas recensetur 2. Retract. cap. 27. de quo nihil retractat.

Liber contra nescio quendam Donatistam recensetur 2. Retract. cap. 28. de quo unum retractat, videlicet quia dixit: Ad multitudinem zizaniorum, ubi intelliguntur omnes Hæretici: addenda est illa coniunctio: Etiam, dicendum fuit. vbi intelliguntur etiã omnes hæretici.

Liber inscriptus Admonitio Donatistarum de Maximianistis breuis admodum recensetur 2. Retract. cap. 29

Liber de Maximianistis contra Donatistas, admodum grandis, recensetur libro 2. Retract. cap. 35.

Lib. inscriptus Breuiculus collationum breuiter cõmemorat, quæ gesta sunt in tribus diebus illis, in quibus contulit cum Donatistis; recensetur 2. Retract. cap. 39.

Liber de correptione Donatistarũ ad Bonifacium, qui scriptus fuit propter eos, qui nolebãt Donatistas ĩperialibus legibus corrigi, recensetur 2. Retract. cap. 48

Liber cõtra Gaudẽtiũ Donatistarũ Episcopum, recensetur 2. Retract. cap. 59. diuisus in duos libros, in quorum altero redarguit duas Epistolas Gaudentij: qui cum ad eius manus peruenisset contra ipsum scripsit Gaudentius, & propterea Augustinus alterum edidit contra ea, quæ dixit ille Gaudentius.

Liber cõtra quæ attulit Cẽturius à Donatistis, quæ eis suffragari videbantur cõtra ipsum Patrẽ Augustinũ, recensẽ

recensetur in lib. 2. Retract. cap. 17. et ĩ tres diuiditur partes. De Tertia emẽdat quod dixerat: Ex se ipso vnusquisque auferat malũ: intelligi debet: Homo malus auferatur ex hominibus per ecclesiasticam disciplinam.

Liber contra Petilianũ Donatistã tres continet partes contra eius Epistolam Ecclesiæ Catholicæ aduersãtem, vt in lib. 2. Retract. cap. 25. ait. In prima alloquitur catholicos. In 2. respondet dictæ Epistolæ, In 3. respondet alteri epistolæ sibi ab eodem missæ

Liber cõtra Cresconiũ Grãmaticũ Donatistam quatuor continet partes, & 2. libro Retract. cap. 26. recensetur, & inscitia Grammatici Petiliani redarguitur, & nihil de ijs libris retractatur.

Liber ad Emeritum Donatistarũ Episcopum breuiter complectens quomodo Donatistæ victi esse mõstrẽtur, recensetur lib. 2. Retract. cap. 40.

Liber quidam ad Laicos Donatistas post collationem cum ipsis habitã scriptus est, vt ipse ait 2. Retract. cap. 40.

Liber gestorum cum Emerito Donatista, disputatio quædam est contra eundem, & recẽsetur lib. 2. Retract. cap. 51.

Aduersarius legis, & prophetarum.

Liber contra Aduersarium legis, & Prophetarum duos continet partiales libros, recẽsetur lib. 2. Retract. cap. 58. & scriptus est contra quẽdam Hæreticum innominatum, qui negabat legem Dei esse, quæ data est per Moysem, & Prophetas, et à Deo fuisse afflatos

Manichæi.

Liber de Genesi cõtra Manichæos, de quo primo libro Retract. cap. 10. in duos diuiditur partiales libros scriptos in defensionem veteris legis. Primus est à principio Gen. usque ad requiem sabathi, de quo supplẽdo quatuor declarat. Primũ est, quod dixit: õnes hõines adimplẽda Dei præcepta se posse conuertere, si velint, quod non dixit quasi non præparetur à Domino voluntas. sed hoc non addidit, quia Pelagij error nondum aderat.

Secundum quando dixit illam Dei benedictionem: Crescite, & c. post peccatum in carnalem fæcunditatem esse conuersam, non debet sic intelligi, quasi illi homines nisi peccassent, filios non procreassent. Tertium quod allegoricè tãtum accepit quod scribitur de

fructibus

si uctibus herbarum, & arborum in cibos animalium, nam aliqua solis carnibus vescuntur. Hoc emēdat, quia homo suo imperio ad alios cibos ea reducere potuisset.

Quartū quando dixit Israelitibus apud gentes sacrificare non posse, quia Agnus Paschalis potest representari.

Secundus liber est ab eo loco. Hic est liber creaturæ Cæli, & Terræ, usque ad custodiam ligni Vitæ. De quo quinque declarat.

Primum quod dixit Pabulum significare vitam. nam alibi, loco Pabuli fœnum legitur.

Secundum quòd illa verba Eccl. x. Quid superbis terra, & cinis &c. propriè tria uocauit, cū inter prophetales libros iste non annumeretur.

Tertium quod putauit hominem animalem prius esse factum, nō corpus solum.

Quartum quòd nulli peccata nocere nisi sua. possunt Pelagiani dicere paruulis nullum nocere peccatum, sed insunt eis etiam sua, cum non sit ab humana natura alieni.

Quintum quòd nullum sit malum naturale, quod est intelligendum de natura integra.

Liber contra Manichæum de duabus animabus, recensetur primo libro Retract. cap. 15. Vide dict. Animæ duæ.

Liber inscriptus: Acta contra Fortunatum Manichæum, qui libro primo Retract. cap. 16. recensetur: disputatio est, cum ipso hæretico, & habet disputationes duas, sicut duobus diebus disputatum est: quem Fortunatum Augustinus dum erat Presbyter publice superauit, & ad confitendum se victum reduxit, qui tamen ad fidem nō rediit, sed de Hipponia recessit. De quo tria declarat. Primun quod quālibet rationalem creaturam animam dixerit, cum Angelos scriptura nō appellet animas. Secundum peccatum non esse, nisi quis propria voluntate peccet. quod non est intelligendum de peccato, quod est etiā pœna peccati. Tertium quando dixit, quod post resurrectionem, legem, & diuina præcepta seruabimus, non quia tunc scripturis indigebimus, sed quòd lex æterna seruabitur sine codice.

Liber cōtra Adimātum Manichæū primo Retract. cap. 22. recensetur. de quo declarat quatuor.

Primum quòd nulla reperiantur Euangelica præcepta expressa, quæ libris veteris testamenti desint. Addi debuit pene nulla,

Secundum quòd tribus modis accipitur in scriptura filius, nam pluribus modis dicitur.

Tertium quod post resurrectionem,

caro, &

caro, & sanguis non erit, debet intelli-gi secundum corruptionem, non secundum substantiam.

Quartum quod est in hominis potestate mutare in melius voluntatē: quia potestas nulla est nisi detur à Deo.

Liber, qui dicitur commonitorium ad vniuersam Ecclesiam destinatum, indicans sub qua cautela Manichæi conuersi suscipi debeant, paruus est.

Liber contra Epistolam fundamenti, scriptus est, vt dicit libro 2. Retract. cap. 2. eò quòd Manichæus quidam Epistolam pro suo errore cōfecerat, quam ipsi uocabant fundamentum. Liber contra Faustum Manichæum admodū magnus recensetur lib. 2. Retra. cap. 7. & distinguitur in 33. libros partiales, quos disputationes iubet appellari. De quo emendat quatuor. Primum in 3. ubi dixit quòd Ioseph habuit duos Patres, ex alio natus est: ab alio adoptatus; debuit exprimere adoptionis genus. Secundum in 12. & 13. ubi dixit, Chā fuisse maledictum, cum non ipse: sed filius fuerit maledictus. Tertium in eodem 13. ubi solem, & lunā alloquitur. quod metaphoricè dixit. Quartum in lib. 31. ubi dixit, quòd in menbris genitalibus Sanctorum nulla erit turpitudo: sed cur ea Apostolus dixerit inhonesta, melius alibi declarat.

Liber cōtra Fœlicem Manichæum lib. 2 Retract. cap 8. recensetur, de quo nihil emendat. sed tantum narrat; disputationem fuisse in publico, præsētè populo, duobus diebus continuatam, & ob hoc liber iste in duos partitur.

Liber quæstionum contra Manichæos continet 48. capitula, sed non recensetur in libro Retract.

Liber contra Secundinum Manichæum auditorem recensetur libro 2. Retract. cap. 10.

Pelagiani.

Liber contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium Papam, qui recensetur lib. 2. Retract. cap 61. & in quatuor libros partiales diuiditur

Liber contra Iulianum Pelagianistam partitur in sex libros, et libro 2. Retract. cap. 62. recensetur. De quo tam magno volumine emendat solum, quod in lib. 5. cuiusdam viri nomen certum posuerit, cum esset incertum.

Liber disputationis, siue altercationis cum ipso Iuliano eo more scriptus est, quo secundus liber contra Petilianum.

Liber alius contra Pelagium ad sixtū presbyterum vrbis Romæ scriptus ē.

Liber contra Pelagium, & Cœ-

lestium.

lestium de gratia, et peccato originali recensetur libro 2. Retract. cap. 50. Hic diuiditur in duos, qui sunt valde vtiles, & scripti sũt ad Albinam, Parminianum, & Melaniam: de quibus nihil retractat.

Liber de gestis Pelagij confectus postquam catholicis quibusdam Fratribus ad Episcopalia gesta perductus est ipse Pelagius, recensetur lib. 2. Retract. cap. 47.

Priscillianistæ, Origenistæ.

Liber cõtra Priscillianistas, & Origenistas scriptus est Orosio, vt dicitur lib. 2. Retract. cap. 44.

Hostes quinque.

Liber contra quinque genera hostium: inscribitur etiam contra quinque hæreses; vt de quinque hæresibus. agit.n. contra Paganum, Iudæum, Manichæum, Sabellium, & Arrium. & habet stylum tractatus, seu sermonis, quamuis magni.

Liber cõtra Hylarium Tribunitiũ, qui damnabat Hymnos dici ad altare: recensetur lib. 2. Retract. cap. xi.

Libri Comẽtarii in Sacrã scripturam.

Liber de Genesi: ad litterã ĩperfectus nominatur lib. primo Retract. cap. 18. liber est valde vtilis, licet incompletus.

Liber de Gen. ad litteram, de quo lib. 2. Retract. cap. 24. continet duodecim partiales libros, de quibus tria emendat. Primum est in lib. quinto cap. 19, ubi loquens de semine, cui repromissum est, inquit, eum dispositum per Angelos in manu Mediatoris. Quod non de semine, sed de lege dictũ est: sed hoc accidit propter latini interpretis errorem. Secũdum in libro 6. vbi dixit hominem peccato perdidisse imaginem Dei. quod non est intelligendum, nisi de eius deformitate. Tertiũ in lib. xij. ubi rationem reddit de Inferis sub terra, dicit, debuisse magis hoc dicere, quàm rationem reddere.

Liber super Pentateuchum. Vide Quæst.

Liber super Reg. ad Simplicianum

Liber super Psalt. opus est maius cæteris stylo homil: seu sermonum in Retract. non recensetur.

Liber super Sapientiam sunt sermones.

Liber super Iob recensetur lib 2. Retract. cap. 13. inscribitur Annotationes in Iob.

Lib. super verba Proph. sermones

nes conplures.

Liber super Canticum Isaiæ: Vinea facta est etc. Tractatus est magnus

Liber super Euangelia, exceptis supra notatis de consensu Euangelistarũ, et quæst. Euangeliorũ, et de Verbis Domini. est lib. super Matthæum, de sermone Domini in Monte: & in duas diuiditur partes, & recensetur libro primo Retract. capitulo 19. De primo libro retractat duodecim. Primo cum dixit: Cuncta obtemperant spiritui hominis sapiẽtis, quod debet intelligi quantum in hac uita est possibile.

Secundò retractat aliud consimile ferè primo. Tertio ait, Deũ nõ ad mẽsuram dare spiritum, debet intelligi de Christo tantum. Quarto retractat dicens: Iota unum non præteriet, se dixisse propter vehemẽtẽ expressionẽ perfectionis. nam semper relinquitur locus dicenti: Dimitte nobis peccata. &c.

Retractat & alia consimili modo.

Liber super Ioannem opus magnũ, & sollenne, continet tractatus 124. et non recensetur in lib. Retract. quia sparsim editi sunt, & ab alijs in vnũ collecti.

Liber expositionis quarundam propositionum Apostoli ex Epistola ad Romanos recensetur lib. primo Retract. cap. 23. De quo septem corrigit. Primum, quod illud: Lex spiritualis est, ego autem carnalis, de homine sub lege exposuit: quod tamen intelligi potest de spirituali quolibet. Secundũ quod illud: Quis me liberabit de corpore &c. contra Pelagianos melius exposuit. Tertium vbi dixit: Deum, quẽ crediturum esse præsciuit, ipsum elegisse cui daret spiritum sanctum: nõ est intelligendum quin etiam à gratia Dei sit fides. Quartum quod quando dixit: Quod credimus est nostrum, nõ aduertit, fidem etiam adnumerari inter cætera Dona Dei. Quintum quod dixit nostrum esse credere, & velle, cum totum sit a Deo. Sextum quando dixit fidem inchoare meritum, debuit etiam dicere, fidem esse donum Dei. septimum quando dixit, quod misericordia tribuitur, merito præcedentis fidei: debuit declarare meritum fidei venire de misericordia Dei.

Liber, qui dicitur Epistolæ ad Romanos ĩchoata expositio, recẽsetur lib. primo Retract. cap. 25. De qua declarat, quando dixit, Gratiam esse in remissionem peccatorum, pacem vero in reconciliationem Dei. quod non debet sic accipi, quasi ipsa pax non pertineat ad gratiam generalem.

G Libe

Liber ſuper Epiſtolam ad Galatas eſt continuata expoſitio ipſius Epiſtolæ, ut dicit lib. primo Retract. cap. 24. de qua emendat quatuor. Primũ quando dixit Chriſtum poſt reſurrectionem, eſſe totum Deum, ideſt omni ex parte immortalẽ: quæ locutio licet ab eo ſit expoſita, vocatur tamen impropria, ne credi poſſet, eũ dicere Chriſtum poſtreſurrectionẽ nõ eſſe hominẽ.

Secundum de gratia, & pace ait, & retractat vt ſupra ĩ inchoata expoſitione Epiſtolæ ad Rom. Tertium, qđ ubi dicere debuit: Quid ergo lex? trãgreſſionis gratia &c. Dixit Quid ergo? lex & ce. anticipando interrogationem. Quartum quod dixit eos eſſe ſub lege, & non ſub gratia, quorũ ſpiritus concupiſcit ita aduerſus carnem, ut non ea, quæ volunt, faciant. Quod etiam eis, qui ſunt ſub gratia contingere poteſt.

Librum unum ſuper Epiſtolam Iacobi ſcripſit, ut ipſe dixit lib. 2. Retract. cap. 32.

Scripſit etiam alium librum ſuper illud eiuſdem Apoſtoli: Quicũque totã legem ſeruauerit, offendat autem etc. qui etiam inſcribitur: De ſententia Iacobi ad Hieronymum.

Liber ſuper primam canonicã Ioãnis diuiditur in decem tractatus, ſiue ſermones ſatis magnos.

Liber ſuper Apocalip. Ioannis per Homilias diſtinguitur, & ſunt numero 17. liber quidem breuis eſt, & cauſa breuitatis obſcurus.

SERMONES VARII.

De

De Annunc. B. Mariæ. virg. ser. iiij.
De Quadragesima, et ieiunio ser. xxi.
De Parasceue ser. vij.
In die Sabbati Sancti ser. vi
De Resurrectione ser. lvij.
De Rogationibus ser. v.
De Ascensione Domini ser. xv.
De Pentecoste ser. vij.
De ss. Geruasio, & Protasio ser. i.
De Natiuitate Sancti. Ioan. Baptistæ ser. xxiij.
De Apostolis Petro, & Paulo. xiiij.
De Sancto Petro ser. iiij.
De s. M. Magdalena ser. i.
De Machabeis ser. iij.
De Inuentione Sancti Stephani ser. i.
De s. Laurentio ser. x.
De Assumptione B. Mariæ ser. vij.
De Decollatione Beati Ioan. Baptistæ ser. vij.
De Natiuitate Beatæ Mariæ ser. iij.
De Sancto Cypriano ser. v.
De Apostolis ser. i.
De vno Martyre ser. vi.
De pluribus Martyribus ser. xvi.
De Dedicatione Ecclesiæ ser. vi.

DE SERMONIBVS AD EREMITAS

Sermones ad Eremitas sunt sex, & septuaginta, qui nomine Augustini circumferuntur, & ad Fratres in eremo cómorantes, & ad alios quosdam inscribi solét: & quamuis hosce omnes Augustini esse, aut non esse non contendam; dementissimum tamen, aut iniquissimum esse iudico, si nullum ipsorum Augustini esse, affirmetur. Nam, vt alios posthabeam, quod ad præsens negocium spectat, quisnan sermoné v. de obedientia ad suos sacerdotes Augustini esse inficias ire audebit? De hoc enim sermones nonnulla in 8. Quæst. 1. Sciédum, citátur. Præterea de sermone 52. qui incipit: Propter quod: & de sermone 53. qui incipit: Charitati vestræ, multa in Decretis sub nomine Augustini in serm. ad Fratres in Eremo citantur. De sermone 53. ad fratres in Eremo de vita Clericorum citantur quædam in 12. q. 1. Nolo: nec semel quidem. Alia in 12. q. 2. Certè. Alia verò in 13. q. 1. Siquis irascitur. Et 17. q. 4. Quicunque. De Sermone 53. ad Fratres in Eremo de communi vita Clericorum citantur etiá quædam in 12. q. 1. Nolo, & hæc sub Augustini nomine citantur. In hoc auté serm. 52. clare patet, Augustinum prius instituisse Monachos coenobitas in Ere

mo: deinde Clericos in Aedibus Episcopalibus. Vitam eremiticam, & solitariam percupere visus est in 8. lib. Confess. cap. 6. et. 8. Quod re ipsa perfecit, sicut ipsemet Augustinus in 9. Confess. libro cap. x. testatur loquens de Matre Monica apud Ostia tyberina secu alloquente, & verba haec dicente: Quid hic faciā adhuc, & cur hic sim nescio, iā cōsumpta spe huius seculi. Vnum erat (inquit) propter quod in hac uita aliquantum immorari cupiebam, vt te christianum catholicum viderem priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus praestitit, ut te etiam, contempta felicitate terrena, seruum eius uideam. Quid hic facio? Haec ipsa M. Monica: cuius verba si recte perpendantur, Augustinum in Affricam redire cupientem non modo baptizatum, sed etiā Monachum iam effectum esse dicas oportet. Si enim Mater suum filium Augustinum christianum catholicum solum uidisset: nihil erat, quod dixisset: Cumulatius & c, nec addidisset: Vt te etiam, contempta felicitate terrena, seruum eius videam, cum per Dei seruum apud Augustinum non nisi Monachus intelligatur, qui arctiori, & insignori quodam modo Deo addictus deseruit. Hinc in sermone. 52. ait: Coeperat esse alicuius iā mōenti inter Dei seruos fama mea. Hīc Regula ipsa ī vetustioribus exēplaribus, et manu scriptis ad seruos Dei inscripta reperitur. Hinc de Simpliciano Monacho loquens in lib. 8. Confess. cap. 1. Sic ait: Mihi bonus apparebat seruus Dei, & vere sic erat. Per seruos Dei alijs etiā sexcēns in locis inter lib. Augustini Monachos intelligas necesse est. Hoc item clarum fit ex Epistola 137. ipsius Augustini à Gratiano in Decretis Dist. 47. Quantumlibet, citata, ubi sic ait: Simpliciter fateor coram Domino Deo nostro, qui testis est mihi super animam meam, ex quo Deo seruire coepi, quomodo difficile sum expertus meliores, quā qui in Monasterijs profecerunt: ita nō sum expertus peiores ijs, qui in Monasterijs defecerunt. Hāc uitam monastichā se instituisse in tractatu aduersus Petiliani Epistolā lib. 3. cap. 40. aperte ostendit de Petiliano dicens: Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem Monasteriorū, & Monachorum, arguens etiā me, quod hoc genus vitae à me fuerit institutum. Quod genus vitae omnino quale sit, nescit, vel potius toto orbe terrarum notissimū nescire se fingit. Super Psalmum 132. Ecce quàm bonum, contra Donatistas, & Circumcelliones nomē Monachi declarat, & distinguit Monachos a Clericis, & Laicis Monachi enim olim re vera non erant Clerici, vt habetur in Decr. 16. q. 1. Alia causa: & Generaliter.

Monachos

Monachos item dicto in Psalmo ab iniurijs, & maledictis defendit dicens: Ex voce huius Psalmi: Ecce quàm bonum, & quam iocundum habitare Fratres in vnum, appellati sunt & Monachi, nequis vobis de isto nomine insultent catholicis. Quando vos recte hæreticis de Circumcellionibus insultare coeperitis, vt erubescendo saluentur, illi uobis insultant de Monachis. Et infra: Quid ergo dicunt illi, qui nobis de nomine Monachorum insultant? Hæc Augustinus. Et quia inter Monachos Augustini inter se se videndum, cum alter alteri occurrebat, salutandi caussa dici solebat: Deo gratias, vt ad præsens usque tempus facere solemus; Circumcelliones huiusmodi salutandi modum irridebant: hinc Augustinus eodem in Psalmo ait ad eos: Vos Deogratias nostrum ridetis: Deo laudes vestrum plorāt homines. Verum quoniam isti appellabantur Agonistici, & circumcelliones non ita vocitari volebant, seu innuebāt dicētes, se nomine præclaro nominari, & Monachorum nomē nonnisi apud Augustinum reperiri: Hinc ipse ait: Qui nobis dicūt: Ostendite ubi scriptum sit nomen Monachorum, ostendant ubi scriptum sit nomen Agonisticorum. Vtinam Milites Christi, & nō milites Diaboli sint. Præstet Dominus, vt illi contra Diabolum, & non contra Christum, cuius persequuntur Ecclesiam. & si volunt appellari Agonistici, quia inuenerunt, vnde appellentur ex Apostoli sententia dicentis: Bonum certamen certaui: Quare & nos non appellemus Monachos, cum dicat Psalmus: Ecce quàm bonum, & quam iocundum habitare Fratres in vnum? Hæc Agustinus. Ex his igitur verbis clare patet Augustinum fuisse Monachum, & monasticham uitam instituisse, sicut etiam videre licet ex Epistola 109. ad Monachas, ad quas misit Regulam eiusdem argumenti cum ipsa nobis data, mutatis mutandis. Ex Epistola item 199. hoc idem confirmatur ad Ediliciam scripta mulierem, quæ, inscio marito, uotum continentiæ susceperat, & marito viuo, vestibus nigellis instar Monachorum, vt eo in loco legitur, se induere cupiebat, & volebat. Hanc vero Augustinus de perperā factis inter respondendum obiurgat, & hortatur, vt viro suo reconcilietur. Ex vita etiam sancti Fulgentij Monachi Sancti Augustini ab eius Discipulo descripta, & a Laurentio Surio in lucem edita colligitur, Augustinum fuisse Monachum. Nam, vt legitur in ipsa vita, Fulgentius ad Episcopatum Ruspensem, eo renuente, assumptus nunquam habitum monastichū, & nigellum, neque zonā coriaceam unquam dimisit. Monachus ergo, & Eremita

extitit

extitit D. P. Augustinus, vitamque monasticham, & eremiticam iam inde ab eo tempore ardentissimè affectare cœpit, cum primum Mediolani ad eius aures fama Beati Antonij peruenit. Nam in 8. lib. Confess. cap. 6. fatetur se ex Pontiano mirabilia, & inaudita olim sibi de Antonio Aegiptio Monacho maximo cum stupore audiuisse: & cum Deo loquens dicto in loco supra citato ait: Inde sermo eius Potitiani deuolutus est ad Monasteriorum greges, & mores suaueolentiæ tuæ, & ubera deserta eremi, quorũ nos nihil sciebamus. Et erat Monasteriũ Mediolani plenũ bonis Fratribus extra vrbis moenia sub Ambrosio nutritore, & nõ noueramus. Hãc itẽ vitã eremiticã affectare visus est in eodẽ lib. Cõfess. cap. 8. cũ Alipiũ amicũ suũ charissimum inuasit de ijs, quæ à Potitiano audiuerant, exclamans ait: Quid patimur? Quid est hoc, quod audisti? surgũt indocti, & coelum rapiunt; & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne, & sanguine. Quare, vt in lib. 9. Confess. cap. 6. testatur, Mediolani baptismum suscepit dicens: Relicto rure Mediolanum remeauimus. Placuit & Alipio renasci in te mecum Domine. adiũximus etiã nobis puerum Adeodatum ex me natum carnaliter de peccato meo. Hæc ipse. Verum quia post baptismum susceptum etiam atque etiam vitam monasticham, & eremiticam affectabat cum Simpliciano vitam, liberam tamen, sed probatissimam, ducente in loco à gentibus separato, annum cum dimidio permansit, teste Sigeberto in Epistola ad Macedonium, vt etiam post Sermones ad Eremitas videre licet. Deinde vitam monasticham, & eremiticam instituit, & Monasteria in Italia, hoc est, in Monte pisano, & Cẽtumcellis construxit, vt de Italia Possidonius in vita eius ĩnuit dicens: Factus presbyter (in Hipp.) intra Ecclesiam Monasteriũ instituit, & cum seruis Dei viuere coepit secundum modum, & regulã sub sanctis Apostolis constitutam (idest vitam in communi) Quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset. Hæc ipse Possid. si autem in Italia Monasteria Eremitarum non instituisset; quomodo vitam communem, vt ipse prior fecerat in transmarinis, instituisset? Et nisi hoc idem in italia fecisset, quomodo M. Monica, vt superius narratum est, dixisset: Cupiebam te christianum catholicum videre, sed cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit &c. Hinc mirum non est, Augustinum dixisse in lib. 9. Confess. cap. xi se 33. annum agere, quando Mater Monica anno ætatis suæ 56. ex hac uita decessit, antequã ipse post baptismum susceptum in Affricam remeare potuisset,

cum

cum baptismum (teste Possidonio in eius vita) susceptisset agens annum supra trigesimum. Quod non nisi de paucis mensibus supra trigesimum intelligi iurè potest. quia si ad annum. 31. vel 32 peruenisset, nō eo modo Possidonius congruè loqui potuisset, Et quamuis Pater Augustinus in fine libri 3 cap. 20. contra Academicos; dum adhuc catechumenus foret de humana sapientia loquens dixerit: Sed cum trigesimum, & tertium ætatis annum agam, non me arbitror desperare debere eam me quandoque adepturum. Hæc ipse.

Ego tamen non vereor dicere, & asseuerare, locū ipsum ex incuria Librariorum, aut Typographorum esse mendosum. Numeri enim facillimè deprauari solet, & huiusmodi supputatio multis rebus, quæ ab ōnibus conceduntur, aduersatur, vt alio in loco planū faciam. Hæc enim de uita monastica, & eremitica Diui P. Augustini in medium hic afferenda esse censui, vt ostenderem, sermones ad Eremitas non esse figmenta, & commenticia quædam, aut ab instituto eius prorsus alienos, aut falsò ipsi adscriptos, cum ipse vitam eremiticam duxerit. Et quamuis, vt dictū est, omnes illos sermones esse Augustini ostendere non adlaborem, nullum tamen eorum esse Augustini, siquis dixerit, nō sine maxima temeritate, nec absque ingēti suæ animæ discrimine id asseuerare poterit cum sermo 52. ad fratres in Eremo in Concilio Aquisgranensi cap. 112. approbetur, & Augustino adscribatur; & à Gratiano in Decr. 12. q. 1. Nolo, & à Beda 2. Cor. 8. sub nomine Augustini citetur. Itemque sermo 53. in eodē Cap. Nolo, sub nomine Augustini positus est, & citatus. Quedam etiam de v. serm. 8. q. 1. sciendum: & quædam alia de alijs serm. in Decretis ponuntur et quædam de huiusmodi sermonibus in lib. Retract. ab Augustino tractātur, et recēsentur. Sed de ijs serm. in lib. Retr. non fit mentio, quia sparsim, & non in star libri editi sunt. Quomodocunque autē res se habeat, duo illi sermones: Propter quod: & Charitati vestræ sunt Augustini: idque negari haudquaquā potest. Hinc arrogantissimus, & impudentissimus ille, qui vitam monasticham intestino odio prosequebatur, multaque librorum Augustini loca deprauauit, vt alias ostendam cum huius generis sermones duos Augustini esse negare nullo modo posset, eos tamē suo loco amouit, eò, quòd inter Epistolas Augustini haberentur. Quod quia falsum esse repertum fuit, ij iterum inter sermones ad Eremitas repositi sunt. Cum autem illi duo serm. 52. & 53. ab alijs nuncupentur: Ab alijs verò 2. & 3. dicantur; plures ijs duobus alios īter sermones Augustini ad

Eremitas

Eremitas ponere necesse est. Et quamuis duo illi serm. in Decr. de communi vita Clericorum in Hipp. editi inscribantur, in Codicibus tamen Augustini hunc in modum inscripti leguntur: Ad Fratres in Eremo de communi vita Clericorum. Nec desunt in Sermone 52. loca, ex quibus colligitur, Augustinum Monasterium vnum in Affrica, in Eremo videlicet; Alterum in horto à Valerio Hipponensi Episcopo sibi dato prope Ciuitatem: Tertium vero in AEdibus Episcopalibus instituisse illa duo Monachorũ: Hoc verò Clericorũ. Inquit enĩ: Iuuenis veni ad istam Ciuitatem, & quærebam ubi construerem Monasteriũ, & viuerem cum Fratribus meis. Elegi in Domo Dei mei abiectus esse magis, quã habitare in Tabernaculis peccatorũ. Ab eis, qui diligunt seculum, me segregaui. Et infra: Veni ad istam Ciuitatem propter uidendum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt, uobiscum esset in Monasterio: Nec veni ad hãc Ecclesiam, nisi cũ his indumentis, quibus illo tempore vestiebar. Et quia sic disponebam esse in Monasterio cum Fratribus, Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nũc est Monasterium. Et supra: Coeperat esse alicuius iam momẽti inter Dei seruos fama mea. Hæc ipse Aug. in serm. 52. Si igitur diligenter dicta verba omnia perpendãtur, habetur propositum nostrum. Et quamuis infra dicat: Coepi boni propositi Fratres colligere compares meos nihil habẽtes, non tamen intelligitur vitæ monasticæ, & Eremiticæ initium primum absolutè, & simpliciter: sed quantum ad hortum illum, sicut alibi, & in Eremo præsertim fecerat. Quod Possidonio fauet dicenti: Factus presbyter, Monasteriũ intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere coepit secundum morẽ, & Regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Quod iam prior ipse fecerat, dũ de transmarinis ad sua remeasset. Hæc Possid. Et dicto in sermone 52. Augustinus ad Clericos ait: Perueni ad Episcopatum, & volui habere in ista Domo Episcopi mecum Monasterium Clericorum. quia cum Monachis amplius habitare nõ poterat. Ex omnibus igitur hisce verbis iure concludimus, Augustinum in Italia fuisse Monachum: & ex loco superius citato lib. 8. Confess. cap. 6. in Affrica vitã Monasticham, & Eremiticam ab eo duxisse ortum, cũ antequam Romam venisset, nec se, nec suos socios vidisse, nec audiuisse vnquam Monachos, sed solum, quando Mediolanum peruenit. Hinc à ratione alienũ esse non est dicendum, si sermones ad Eremites vel omnes, vel potius maiori ex parte ab Augustino editi esse affirmentur: quos ita esse tot, tantique Viri, &

ri, &

ri, & doctissimi quidem ad hanc usque diem affirmare veriti nō sunt: tot que summi Pontifices Ordinem Sancti Augustini Eremiticum appellarunt, ut uidere licet inter Diplomata Innocentij 4. & Ioānis 22. præsertim vero in eo quo, Ecclesiam in Cœlo aureo Papiæ, atque ipsius Diui Patris Augustini ossa sanctissima nobis tanquam veris hæredibus donauit: nec non in eo de Canonizatione Beatæ Claræ de Monte Falco. Id etiam videre licet in Diplomate Eugenij 4. Veneti de Canonizatione sancti Nicolai de Tolentino, & Martini V. Columnij Ronmani de concessione Corporis sanctæ Matris Monicæ nobis tanquam filijs legitimis & hæredibus veris facta. Nostrum item ordinē eremiticum nominauit Gregorius 9. vt videre licet in lib. 6. Decr. de Religiosis Domibus § Sane, ubi hæc verba leguntur: Ceterum Eremitarum sancti Augustini, & Carmelitarum Ordines: quorum institutio dictum Concilium lateranense præcessit, in solido (vel in solito) statu volumus permanere.. Id quod etiam planum facit Maremagnum Sixti 4. & priuilegia tot aliorum summorum Pontificum prædecessorum, & successorum eius ad Gregorium xiij. usque præseferunt: à quo eremitica sancti Patris nostri Augustini Familia vniuersa gratijs, fauoribus, priuilegijs, & nominibus, præclarissimis quidem exornata est. Adde etiam. quòd nostra Augustinensis sodalitas non modo in vniuersa Italia, sed in Affrica, in Græcia, in Gallia, in Hispania, & Lusitania, in Germania, in Boemia, in Polonia, in Hibernia, in Anglia, seu Britannià, & in Indijs orientalibus, atque occidentalibus sub nomine eremitico sancti Augustini clare, & latè patet. Et quāuis de cuculla nigra, & cingulo coriaceo caput vltimum tertij Tomi Diui Ambrosij, et ætate baptismi suscepti non concedatur: tamen tot summis Pontificibus, & rationibus de eremitico, & monastico statu eius, fides adhibeatur: & de ætate ipsius, cùm baptismum suscepit, Possidonio & ei, quod legitur de vita eiusdem in Breuiario reformato credatur.

Ratio enim suadet, locum illum lib. Soliloquiorum cap. 10. & lib. 3. contra Academicos cap. 20. aut Librariorum, aut Typographorum incuria; seu potius alicuius fraude fuisse deprauatum. Nam Augustinus ijs in locis adhuc catechumenus se 33. annum agere ait: & lib. Confess. cap. xi. iam baptizatus se etiam 33. annum agere fatetur,

H AMBRO-

AMBROSII OPERA OMNIA EX
Typis recentioribus in VI. Tomos distinta,
& Romæ edita, ac mirabiliter
illustrata. 1583.

Tomo Primo.

HExemeron libri sex.
De dignitate cōditionis humāæ
Et de duobus dubijs super 1.cap.Gē.
De Paradiso super 2. & 3.Gen.
De Arbore interdicta.
De Abel, & Cayn.
De Noè, & Arca.
De Abraham Patriarcha.
De Isaac, & aīa.cap.25.&27.Gē.
De Fuga seculi.
De Ioseph Patriarcha.
De Benedictionibus Patriarcharum:
In lib. Exodi: Et in libr. Leuit Annotationes. Annot. in lib. Num. Deut.
Regū cū Apologia Dauid, et Serm. 2

Secundo Tomo.

In Tobiam, & Iob, & in Psalmos aliquot.
In Prouerb. Eccles. sap. Ecclesiastici, volumina sapientiæ vnius ex quattuor, lib. 1.

In epistolam ad Rom. lib. 1.

In eandem Epistolam scholasticarum quæst. lib. 1.

In Euangelia Quadragesimalia quattuor annis ab eo Genuæ pro concione enarrata Homiliarum Tomi quattuor.

In Euangelia, quæ festis Pentecostes, et Aduentus sex annis Genuæ pro concione ab eodem enarrata Homiliarum Tomi sex.

In Eptaemeron Homiliæ. 8.

In tria prima Iob capita Hom. 6.

In psalmum primum Homil. 6.

In psalmum 50. Genuæ explicatum Homiliæ 20.

Postremò edidit Bibliothecam sanctã Theologiam profitentibus necessariam in duos Tomos distinctum.

Tomo primo

De numero, partitione, & auctoritate diuinorum Voluminum Liber vnus.

De Scripturis, & Scriptoribus, quorum in sacris Voluminibus fit mentio, liber vnus.

De arte exponendi sacrosancta Volumina, lib. 1.

De Catholicis Sacrorum voluminum Expositoribus.

Tomo secundo

De annotationibus, & censuris in expositores voluminum veteris Testamenti, lib. 1.

De annotationibus, & cẽsuris in Expositores Voluminũ noui Testamẽti lib. 1.

De ijs, vel aduersus eos, qui noui Testamenti volumina oppugnarunt lib. 1.

De ijs, vel aduersus eos, qui veteris Testamẽti volumina oppugnarũt. cum Indice locupletissimo.

Claruit anno Dom. 1566. cũ Bibliothecam ipsam compleuit. Moritur anno Domini.

GEORGII EDERI CONSILIARII Imperatorum Ferdinandi I. & Maximiliani II. Oeconomia Theologia in libros quinque per Tabulas summo artificio distincta.

Libro

Libro primo

ISagoge de sacræ Scripturæ partibus in genere, siue de principijs Theologiæ multa ad ipsam Theologiam spectantia declarans.

Libro Secundo

PArtitiones item veteris Testamenti librorum nomina, & materias, nec non eorūdem Scriptores, tempora, & multa alia exponentes.

Libro tertio

PArtitiones noui Testamenti, Euangeliorū videlicet, varias nouæ Legis appellationes, diffinitiones, numerum Euangeliorum, eorumque item Scriptores, et materias: Euāgelistarū intentionē, concordias, figuras, tempora, & continuationem, Veri Messiæ item notas 22.

& alia complura indicantes.

Libro quarto,

PArtitiones secūdæ partis noui Testamenti eundem ordinem, & scopum fere prædictum attingentes.

Libro quinto

PArtitiones summā doctrinæ Christianæ de præcipuis catholicæ Religionis articulis explanantes.

De Cathechismo

EIusdem partitiones Catechismi catholici. eius nimirum, qui ex Decreto concilij Tridentini Pij. V. Pont. Max. iussu, ad Parochos primum editus est.

Claruit anno Dom. 1569. anno iij. Pontificatus Pij V.

CORNELII IANSENII OPERA

Tomo primo

IN Psalmos, & in Cantica ferialia.
In Ecclesiasticum.
In prouerbia
Annotationes in Sapientiā Salomonis.

Tomo Secundo.

COmmentaria in Cōcordantiam & historiam quattuor Euangeliorum, satis grande Volumen.

Claruit circa annum Dom. 1571.

Hic

Hic concilio Tridentino sub Pio IIIJ. interfuit.

IVLII RVGERII OPVSCVLA

Nec silentio prætereunda esse censui Opuscula Iulij Rugerij Protonotarij, & Secretarij Apostolici. Abbatis Lamularum, & Theologi. Scripsit enim Tomos duos Opusculorum Theologiam professentibus valde vtiles, & summa commendatione dignos, & Gregorio XIII. dicatos

Tomo primo

DE Libris Canonicis Opusc. I.
De sensibus Scripturæ Sacræ Opusc. I.
De Auditore sacr. Thelogiæ Opusc. I
De Quæstionibus ad Theologum spectantibus Opusc. I.
De Rhetorica facultate ad Theologũ spectante.

Tomo secundo.

DE Scripturæ sacræ obscuritate, atque eiusdẽ interpretatione Opusc. I.
De vniuerso Dei verbo opusc. I.
De Verbo Dei tradito opusc. I.
Hæc quidem omnia multò plura in calce præstant, quàm in fronte titulorum promittant.

IOAN. FRANCISCI LOMBARDI THEOL. Opuscula impressa.

Chronologia, siue Martyrologiũ Nat. dom. editum à Ioan. Lucido, & ab eo iteratò impressa, ac collocupletata.

Prola

prosa mortuorum in metricum iambum versa.

Eucharistiæ Sanctiss. isoptron contra Bereng. Zuing. Aecolamp. Caluin. Neocapharnaitas.

Sibyllæ Erythreæ acrostichis cuius mentio fit apud Euseb. et B. Aug. post alias interpret. versa, seruata tamen mystica primorum elementorum conditione

Hymnus super celebratione oecumenicæ synodi Trid. occasione psal. 116. sub metricis numeris cōfictus

Patientiæ encomia ex D. Cypr. Speculū Mortis, et iudicij ex D. Basil. in psal. 33. et 114. item Diuitū ex B. Paulo, alijsq; scripturis canonicis typis tradita.

Oratio die S. Stephani habita Tridēti An. 1561. quæ Brixiæ impressa est p. postea Neap. industria doctiss. Nic. anel. paccæ: cuius testimonium recitat Sander in lib. eccles. Hierarchia, sed & altera habita est Neap. in synodo diocesana sub die 14. feb. 1565. quæ non est impressa

Legitur Index, dogm. & refor. (Cū Conc. Trid. primò Romæ imprimitur à bo. me. Pau. manutio) quem iussu bo. me. Pij. 4 XV. diebus elaborauit, qui & industria P. galesinij in formam synopseos redigitur. anno verò sequenti quod erat 1565. è Mantua transmissa sunt Venet. ad lord. ziletum annot. margin. in Cōcil. quas primùm authoritate S. Sedis Apost. annotauerat illustris Vir Horatius lucius calliensis.

Imprimenda.

In Biblia tàm noui, q; veteris testamenti scholia ex sacris Concilijs, sanctisq; Patribus, etiā scholasticis, diù decerpta. hinc elucidationes parauit in Ruth, Tobiam, Iob, Canticum Canticorum, Ecclesiasten, Baruch, Nahum, Act. Apost. epist. ad Tim. & Tit. (quæ sunt duo seminaria discipl. eccl.) nec non in epist. ad hebræos.

In Psalterium Dauidicum explicationes, maxmè autem in sextam partem, quæ continet quinq; Pentades nimirum in psal. 15. 22. 33. 36. 41. psal 51. 61 6. 7. 71. & 75. Psal. 79. 80, 83. 90. 100. Psal. 103 109. 121. 129. 131. vlt. autē pentas in psal. 136. 138. 144 14. 7. et 150.

Expositio in Orationem dominicam. ubi contra hæreticam prauitatem tractat de 7. Eccl. sacr. copiosissimè de Sacramento Altaris, & incruento sacrificio iuxta numerū

7. petitio-

petitionum opus ſanè ab ānis xxv. et amplius inchoatū, necdum abſolutum.

Epiſtolarū S. Clemētis PP. ad Corinthios fragmēta ex Orig. D. Hieron. aliiſque Eccl. ſcriptoribus ſparſim collecta, iuxta eum morē, quem in prophanis Doctoribus obſeruarunt Illuſtriſs. Viri C. ſigonius, Aldus Man. et Hier. colūna.

In Vincentii lirinenſis Commonitoriū commentariolus poſt Ioan. coſterium

In Sedulii paſchale carmen quæ eſt latina acroſtichis, A ſoliſortus cardine, elucidationes.

Hymnorum Eccl. libri duo quos partim in ſapphicum typum, partim in Iambicon dimetrum ſcripſit.

Catalogus Scriptorum catholicorum (ad imitationem B. Hier. Gennadij, Tritthemij, & aliorum) quos collegit ab Anno 1517. adverſus Brentium, Bullingenum, & prophanas verbi diuini adulteratorū Nouitates

Scholia ſin aliquot Doctores Eccl. coaceruata, nimirum

In s. Auguſtini Enchirid. & de Doct. chriſt.

s. Athanaſij symbolum cum Riccar. pampol.

S. Baſilij lib. quod Deus non ſit authos malorum

s. Bernardi de cōſider. ad Eugen. PP.

s. Clem. Alexand. ſtromata.

s. Cypr. de ſimpl. prælat.

s. Dionys. areop. de Eccl. hierarchia

S. Greg. Papæ dialogos, & paſtorale

s. Greg. Nazian. apologeticum

s. Ignatij, Martialis, & Polycarpi aliquot epiſt.

s. Io. Damas. lib. de ijs, qui ī fide dorm.

Lactantij firm. de Dei opificio

s. Leonis PP. ſerm. de die ānūt. aſſu.

Summorum Pontif. aliquot decretal. Epiſt. maximè Anacleti c. in nouo dis. 21. Innoc. 3. c. cum marthæ de cel. miſſ. Clem. V. ſi dominū de rel. & ven. sanc.

s. Prudentij in hymnum de B. laurentio Archidiacono.

Tertulliani de præſcr. hæreticorum.

Item de reſur. Carnis.

D. Thomæ Aquinatis opus. de feſto Cor. Chriſti.

Loci Communes Theologici, veluti quædam antidota aquilonaris morbi. in quibus tractatur de Angelo cuſtode. Canon. Apoſt. Canone miſsæ. Cantu, & Cerimon. Eccl. Ciborum delectu.

s. Clem. Epiſt. Cœlibatu ſacer. Concilijs, Conſtantini donatione.

Crucis ſignaculo, Diaboli epithetis Die domin. & feſtisdiebus s. Dion. Areop. libris Edit. Vulg bibliorum.

S.R.E.

S.R.E. Primatu, et authoritate Fide, & operibus. Fuga dignitatum. Gentilium testimonijs Genuflexione. S.Greg. dial. Hæreticorum nominibus Hymnis, & Horis canon. Humicubatione, Ieiunio, Imaginibus, Indulgentijs B. Ioan. Apocal. Libero ar. Libris apocr. Item de Canonicis, maximè de Epist. ad Hebr. Nouitate Doctr. Numeris. obed. prælatorum, Ornatu templorum, Osculo pacis, et pedū Papæ, ex epitome Ios. stebani. Petri Apost. prin. aut. et aduentu, ac resid. in Vrbe usque ad Diē pass. an. 13. Neronis, qñ felicem cursum cum B. Paulo doct. gent. consummauit, Prædestinatione, Purgat. igne, & defunctorum suffr. Quadrag. Reliq. Sanctorum, & eorum orat. 72. discip. et alijs interpr. Symbolo fidei, Tradit. Apost. ex Peresio, & Lud. grauinate Episc. Stabiarum, Trisagio, Vigiliis, & B. Virginis, Deiparæ dignitate.

Martyrologium (quod nuper iussu S. D. N. Greg. xiij impressum est) locupletabit syllabo Tormētorum, quæ Christi athletæ pro eodem passi sunt gaudentes, Tyrannorum, qui ea impiè mandarunt, (suadente Diabolo), & similium.

Matriculam pariter Theologorum (quā uocāt) Neap. ab an. 1413. usq; 1585. īprimi curabit, vt enim fuerat olī unus ex Theol. Sacri Concil. Trid. quod liquet ex nouissima impress. Conciliorū apud Coloniam. itemque ex delectis a Patribus ad recognitionē Indicis librorum Prohibitorum, sub die 26. Febr. 1562. quo tempore fuit etiam bireto clericali īsignitus ita factus est vnus ex Theol. quos Neap. vocāt īcorporatos: idq; sub die ultima Aprilis 1577 — Conci. Tride. Sess. 18

Natus est autē Neap. sub Clem. 7. An. 1531. cū que post decursum liberalium artium, etiam Medicæ facultati, in gratiam Parentum suorum, vacauerit (cuius insignia Salerni acceperat ultima Maij. 1559) scripsit quoque librum de Baln. Puteolorum, et Pithecusarū, cui adiecit aliquādo Hippocr. iusiurandum, et Gal. lib. cui titulus est, quos, &

O quando

quando purgare oportet, quos è Græco idiomate in heroicam formam latinè uertit, imitatus Andromachum Nicandrum, & alios Scholæ antiquæ, quæ est apud Salernum, etiā carmina emendauit, et in Apollineum transtulit leporem.

Vidi supradicta opuscula, hic adnotata, & sunt impressione digna. Neapoli Die 3. Martij. 1585.

M. Philocalus Pharaldus Carmelita vidit.

Idem f. 33.

CONCILIA OMNIA.
IAM INDE AB APOSTOLIS AD TRIDENTINUM VSQUE CONCILIUM INCLUSIVE IN QUATUOR TOMOS DISTINCTA

EPISTOLIS, DECRETALIBUS, & alijs adiectis

PER FRATREM LAURENTIUM
Surium Carthusianum collecta.

Tomo primo.

CONcilium Hierosolymitanum primum de electione Matthiæ, vt habetur Act. 1. Secundum de septem Diaconorum electione. Act. 6. Tertium de Circuncisione Gentibus non imponenda. Act. 15. Quartum de Legalium ad tempus permissione, donec Synagoga cum honore sepeliretur. Act. 21. Primum fuit statim post Christi Ascensionem. Secundum anno primo post mortem Christi, ante conuersionem Pauli, qui eodem anno conuersus est. Tertiũ post Christi mortem, & Ascensionem anno 14. & anno 14. conuersionis Apostoli Pauli sub Petro, & reliquis Apost. tempore Claudij Tiberij. Quartum autem non multo post etiam sub Petro.

Carthaginense concilium de Hæreticis rebaptizandis sub Cypriano Episcopo Carthag. & Martyre ad Stephanum: 1. Papam, & Martyrem pertinens an. Dom. 260. celebratum est. Hic sedit an. 3. m. 3. d. 24. Huius prouincialis cõcilij decreta non recipit Catholica Ecclesia. Nam ij, qui in hæresi, vel schismate sunt baptizati, seruata

forma, et intentione ecclesiæ cath. Romanæ, non sunt rebaptizandi, vt optimè probat D. p. Aug. cōtra Donatum, et Donatistas baptismum iterantes, et auctoritate Cypriani se defendētes. Huius hæresis Donati causa prima fuit pp Cæcilianū episcopū Ecclesiæ carthag. ordinatū contra suam ipsius Donati, & Donatistarum voluntatem, qui ei crimina obijcientes probare non potuerunt.

Antiochenum concilium contra Paulū Samosatenum anno 264. sub Dionysio 1. martyre, qui sedit annos 9. m. 4. dies 5. vel m. 2. d. 26. Hoc in concilio damnatus est Paulus samosatenus Episcopus Antiochenus, q Arthemonis hæresim suscitauit: et eius loco fit Episcopus Doninus.

Sinuessanū in causa Marcellini Papæ, qui Sinuessam, quæ distat à Suessa milliaria circiter septem, & omnino periit, ad Concilium 180. Episcoporum venit. et de thure simulacris adhibito metu persecutionis, pænitvit. Deinde martyrij coronam sub Diocletiano suscepit anno 296. vel 303. sedit annos 7. m. 11. d. 19.

Romanum concilium 60, Episcoporū Romæ, ac totidē presbyterorū, cū Diaconis multis anno Domini 252. coactum est contra Nouatū, qui, Fabiano Pontifice, & Martyre viuente, excitauit hæresim de Apostatis poenitentibus non amplius recipiendis. Hoc itaque in concilio dānatus est Nouatus, qui huiusmodi hæresim abiurare à Dionysio Alexandrino per Epistolam fraternè admonitus, renuit admonitionē, & sub Valeriano Principe an. Dom. 260. in christianos persecutione cōmota, martyrio vitam finijt. Damnatus est etiam hoc in Concilio error Helchesetarum, qui affirmabant Christum in tormentis ore negari posse sine peccato, modò corde credatur. Hoc concilium sub Decio Imp. & Cornelio Papa, et Mart. celebratum est. Fabianus vixit annos. 14. m. xi. d. 15. Cornelius autem an. 2. m. 2. d. 3. Hoc concilium fuit ante Ancyranum: & à Laurentio surio hoc in loco non ponitur: sed primum, & secundum Rom. post Nicænam synodum primam. A Prateolo autē hoc in loco.

Ancyranum 1. in Ancyra ciuitate Prouinciæ Galatiæ celebratum anno 308. secundum alios 316. non longe post tempora Marcellini Papæ, parum ante Nicænum. Et in 6. Synodo generali Constantinop. 3. receptum est.

Neocæa

Neocæſarienſe anno 316. ſub Euſebio martyre, qui ſedit annos 2. m. 7. d. 27. vel ſub Melchiade martyre, qui ſedit annos 3. m. 2. Huius concilij canones ſexta Synodus approbauit generalis. Et hoc concilium celebratũ eſt ſub Cõſtantino Chloro, et Galerio maximino Auguſtis, & Melchiade Papa.

Nicænum primum Generale.

In hoc concilio anno Domini. 322. vel 324. 318. Patribus Celebrato, præſens adfuit isdem Conſtantinus piiſſimus, & magnus, qui à Beato Sylueſtro Papa Romæ baptizatus eſt. Interfuit etiam huic Synodo B. Nicolaus Pataræ natus, & Epiſcopus Mireæ, qui obiit anno ſalutis 343. Anno vero Domini 325. Helena Conſtantini Mater diuinis monita uiſionibus, Sacratiſſimam Crucem apud Hieroſolymam reperit. in hac Synodo omnes hæreticorum machinæ omouſii oppoſitione deiectæ ſunt. Et cõtra Arrianam præſertim opinionem decretum fuit de conſubſtantialitate Patris, Filij, & Spiritus Sancti. De qua in conuentu, ſeu conciliabolo Ariminẽſi, quod Sanctus Damaſus Papa hiſp. & vir eruditus, dãnauit in concilio. 1. Conſtantinop. Valentis potiſſimũ, & Vrſatij fraudibus dannatio fidei Nicænæ conclamata fuit. Fraus. n. fuit. quia loco dictionis græcæ omouſion, quæ latinè conſubſtantialem ſonat, adiecto iota per fraudem hæretici reliquerunt omiuſion quæ conſimilem in ſubſtantia ſonat. Hinc patres Catholici fraudulenter decepti cum ſubſcripſerint affirmantes omiuſion, neſcientes fortaſſe rectam, et optimã peritiam linguæ grecæ: vel forſan ob additamentum, vnius tantum ab Hæreticis litterulæ fraudulenter factum; re tandem cognita, ingemiſcens, vt ait Sanctus Hieronymus, orbis terrarum, ſe Arrianum eſſe miratus eſt, vt etiam ex vita Damaſi Papæ in Breuiario colligitur. Huic concilio. necnon Conſtantinopolitano, Epheſino, & Calcedonenſi tamquam quatuor Euangelijs honorem habendum eſſe Gregorius magnus decreuit.

Romanum ſecundum, ſub eodem Sylueſtro. 284. Epiſcopis intra Thermas Domitianas contra Arrium, Photinum, & Sabellium.

Eliberinum in Eliberi Hiſpaniæ ciuitate ſub eodem etiam Sylueſtro celebratum putatur.

Arelatenſe 1. in Arelate Galliæ Narrabon. urbe.

bon.urbe. Gãgrẽſe in Gãgrã Paphla gonię ciuitate ã.324. ĩ minori Aſia, tẽpore eiusdẽ Syluestri celebratũ: approbatũ in ſexta Synodo generali Conſtantinop. in Trullo celebrata.

Arelatenſe II. eiuſdem Syluestri tempore anno 328.

Carthaginenſe I. eiuſdẽ Syluestri tempore anno 330. in inſigni Aphricæ vrbe Carthagine poſt Troianum bellum à Didone condita.

Romanũ 116. Epiſcop. Romæ coactum eſt contra Arriũ, et acta in Synodo Nicæna cõfirmata sũt ſub Cõſtãtio Imp. et Iulio I. Papa an. D. 342.

Colonienſe contra Euphratam blaſphemum, & hæreticum, qui negabat Christum eſſe Deum sub eodem Cõstantio, & Iulio anno D. 346. in Colonia Agrippina inſigni Germaniæ urbe, ab Agrippa instaurata.

Antiochenũ 30. Epiſcoporũ coactũ eſt, et in 6. Synodo gẽ. Cõſtãti. in Trullo celebrata probatũ eſt ſub ijsdem ã. D. 347. in Antiochia Syriæ urbe.

Sardicenſe Oecumenicum, & toto orbe receptum coactum eſt Constantij Imp. præcepto ſub eodem Iulio anno D. 351. vt Athanaſio liceret ad ſuam redire Eccleſiã à qua fuerat expulſus per hæreticos Epiſcopos Arrianos, vt in hiſt. trip. cap. 21. lib. 4. uidere licet. Ad hoc concíliũ cõuenerũt oriẽtales, et occidentales Epiſcopi circiter 300. oriẽtales uero 76 poſt diſceſſũ à cõcilio aliud celebrarũt, et Arrij dogmata ſtatuerũt, dicẽtes ſe ad uerba nolle procedere, niſi prius concilio Pauli, et Athanaſij defenſores ſubmouerentur. Quod occidẽtales pati noluerũt. Cui cõcilio adfuit Oſius Epiſcopus cordubenſis, qui prius Nicæno cõcilio ĩterfuerat. Celebratũ eſt autẽ ab obitu Cõſtãtini Magni, Patris duorũ Augustorũ Cõstantis, et Conſtantij an. 11. ut habetur in lib. 4. Eccleſiastricæ hiſt. trip. cap. 23. Huic cõcilio ĩterfuit Lucianus Epiſ. Maurenſis Calab. ſed Maurũ omnino perijt.

Hieroſolymitanũ ꝑ Maximũ eiuſdẽ loci Epiſcopũ ſub eodẽ Cõstãtio, et Iulio an. D. 352 coactũ eſt de Athan. ad priſtinã dignitatẽ reſtituẽdo, ut fuſius habeẽ in hiſt. tri. li. 4. ca. 34.

Sirmienſe contra Arrium sub ijsdem Conſtantio, & Iulio anno D. 353. coactum eſt. in quo Patres interpretati ſunt locum illum Geneſeos. 19. Pluit Dominus à Domino: ut ſit ſenſus: Pluit Dominus Filius à Domino Patre, non Pater a ſemetipſo. vt habetur etiam in hiſt. trip. lib. 5. cap. 3. Supra narrata ſex concilia celebrata ſunt ſub Iulio I. Papa, qui ſedit an. 14. m. 5. d. 16.

Laodice

Laodicenũ in Laodicea Syriæ vrbe ſecũdũ quoſdã in fine Liberij Papæ, qui ſedit ãnos 15.m.4.d.18.an.Do. 351. in perſecutione 10. Arrianorũ an.354.ãno vero 357.naſcitur D. P. Auguſtinus. Secundum alios Cõcilium hoc in initio Damaſi Papæ celebratum dicitur, qui ſedit annos 16.m.2.d.10.anno ætatis ſuæ 80,

Aquileienſe in Aquileia vrbe ab aquis legẽdis dicta, in decima Italiæ regione eiusdẽ Damaſi tẽpore ã.D.381.

Concil. conſtantinop.

II. Synodus generalis, & 1. Conſtantinopolit. Patrum 150. Conſtantinopoli à Conſtantino primum dicta, cum prius Brizantium diceretur, coacta eſt an. D. 381. contra Macedonium, qui Spiritum Sanctum Deum eſſe negabat. Hoc in concilio Damaſus Papa Vir egregius, & eruditus in ſcripturis nefariam Eunomij, et Macedonij hæreſim extinxit. Et Symbolũ fidei editum eſt in nullo diuerſum ab eo, quod nunc paſſim canitur in Eccleſia, præter quàm quòd tantum adiunxerũt, Spiritum Sanctum ex Patre procedentem, ſuppreſſa perſona Filij. Hoc concilium eſt ex quatuor celeberrimis, quibus tanquã Euangelijs honorem habendum eſſe Gregorius magnus decreuit, & celebratum fuit, vt ait Prateolus, ãno Dom.386. ſub Gratianos, & Theodoſio Imperatoribus, & Damaſo Papa, et Cyrillo Hieroſolymitano. De nonnullis ſcitu digniſſimis, & ad hanc Syno. ſpectantibus uide conc. 1. Nic.

Valentinum, in Valentia Galliæ Tranſalpinæ vrbe, haud procul à Vienna ſub eodem Damaſo, & Gratiano, et Valentiniano Imperatoribus anno D.373. ſecundum alios 389. ſub Siricio Papa, qui ſedit ãnos 15, m. 1. d. 11. Anno vero 388. baptizatur D.P. Auguſtinus ãno ætatis ſuæ 30.m.6.et 32.cõpleto inſtituit Sodalitatẽ ſuorũ Fratrũ Erem.

Telenſe, in Tela ciuit. contra Iouinianũ ſub Zoſimo 1. Papa, & Theodoſio 1. Archadio, et Honorio Imp. 396. an. Dom.417. ſedit annos 2.m.4. d. 7. ſed ponitur anno 383. ſub Siricio ob huius Epiſtolam decretalẽ ibi recitatã. Hic ſedit ã.15.m.1.d.11

Taurinenſe, in Taurino, ciuitate Taurinorũ Auguſta ſub Siricio, et Sancti Ambroſij tempore an. Dom. 395.

Carthaginẽſe II. et III. ſub eodẽ Siricio: fuerũt autẽ cõfirmata ĩ ſexta Syn. generali ã.D.395. 396. & 396.

Carthaginenſe IIII. anno Do. 398. ſub Anaſtaſio Papa, qui ſedit an. 4.m.1.d.13. quãuis dicat Gratianus, huic ĩterfuiſſe Zoſimum, quod de 6. Carthaginẽſi ĩtelligendum eſt.

Cartaginense V. præsentibus 73. Episcopis tempore Anastasij Papæ, secundum alios anno secundo Innocentij primi, qui sedit annos 15. m. 2. d. 10. & ordinem Eremitarum D. P. Augustini anno Dom. 390. institutum approbauit, & confirmauit circiter an. 406.

Toletanum 1. circa tempora Anastasii, vel Innocentij, hoc est, anno Domini 400. vel 403. præsentibus 19. Episcopis, Toletano Episcopo præsidente, auctoritate Leonis Papæ confirmatum.

Mileuitanum, in ciuitate Melita, quam vulgo Maltam dicunt, sub Innocentio primo ãno Dom. 402. vel 408. contra Pelagium. Huic concilio interfuit D. P. Augustinus Hipponensis Episcopus, & Aurelius Episcopus Carthaginensis, & Syluanus Episcopus Melitensis. A Gratiano Decreta ipsa Meliuitana dicta sunt, et celebratum fuit præsentibus 214. Episcopis. Legatus fuit Anselmus.

Carthaginense VI. anno 418. sub Zosimo, qui sedit annos 2. m. 4. d. 7.

Aphricanum anno Dom. 422. tempore Bonifacij primi, qui sedit annos 3. m. 9. d. 28. Hoc in concilio Augustinus edidit lib. de fide, & Symbolo.

Carthaginense VII. anno 429. sub cælestino primo Papa, qui sedit annos 8. m. 5. d. 3.

Ephesinum primum.

III. Synodus generalis Ephesina. I. ex quatuor celeberrimis, vt videre licet in concilio primo Nicæno generali. Hoc concilium celebratum est à 200. Episcopis in Ephesina Ioniæ Vrbe anno Dom. 430. vel 436. sub Theodosio 2. Imp. & Cælestino I. Papa, qui vixit an. 8. m. 5. d. 3. sub quo moritur D. P. Augustinus. Et celebratum est contra Nestorium Constantinopolitanum Episcopum dicentem, & asseuerantem, Hominem purum ex sancta semper Virgine Maria natum fuisse, ut aliam personam carnis, aliam Deitatis faceret, nec vnum Christum in verbo Dei, & carne sentiret: sed separatim, & seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicaret. Huic concilio vice Coelestini Papæ (cuius anno penultimo celebratum est) præsedit beatus Cyrillus Alexandriæ Episcopus, qui cum vniuerso concilio ad eundem Nestorium Synodalia Decreta transmisit, vt habentur in epistola concilij ephesini ad ipsum Nestorium: in qua Symbolum fidei traditum in magno illo Nicæno concilio

prolixè

prolixe interpretatur. Hinc iure optimo summa totius doctrinæ Christianæ dici potest.

Rhegiense, in Rhegio Galliæ Cisalpinæ oppido an. Dom. 439. sub Xysto tertio, qui sedit annos 7. m. 11.

Agathense, in Agatha Galliæ ciuitate anno Dom. 439. sub Xisto. vel secundum alios potius sub Symmaco anno Dom. 498.

Aquileiense sub Theodosio 2. Imp. et Xisto 3. Papa contra Palladium, & Secundinum Arrianos.

Arausicanum, in Arausia ciuitate Narbonensi. Vasense, in Vasio Narbonensi ex Decreto Gratiani 13. q. 2. Præcipiendum. Carpentoractense, in Carpentoracte, Galliæ Narbonensi vrbe. & Areletense III. ista omnia circa tempora Leonis Magni Papæ anno Dom. 440. qui sedit annos 20. vel 21. m. 11. d. 2. Hic Acephalos confutauit, Atilam retrouertit, et Gesericũ mitigauit.

Hoc Tomo continentur Epistolæ multæ Decretales, Decreta, Canones, et alia suis locis posita, cum Indice in quattuor Tomos.

Tomo Secundo.

IIII. SYNODUS generalis Chalcedonensis sub Martiano Imp. Episcoporum 630. contra Euthicen Abb. & Dioscorum Episcopum Alex. asserentes Christum existere ex diuina tantum natura post humanam assumptam. Est ex quattuor celeberrimis sub Leone Magno primo Papa anno 451. qui sedit annos 20. m. 11. d. 2. secundum alios sedit annos 21. m. vnum. d. 13. Vide Arelatense concilium.

Veneticum, in Venetia Galliæ lugdunensis vrbe anno 460. sub eodem Leone Magno.

Turonicum, vel Turonense, in Turone ciuitate Metropolitica sub Leone, vel 461. sub Hilario Papa, qui sedit annos 6. m. 3. d. 9.

Romanum sub eodem Hilario. Huic interfuit Ioan. Ep. Thurinus Calab. & Scyllaticus calab.

Tarraconense, in Tarracone citerioris Hispaniæ ciuitate anno Dom. 486. sub Felice III. qui sedit annos 8. vel 11. m. 11. d. 17.

Epaunense anno 494. sub Gelasio Papa, qui sedit annos 2. m. 8. dies 26.

Romana concilia V. ab an. 494. usq; ad 512. sub Symmaco Papa, qui sedit annos. 15. m. 7. d. 26. Interfuerunt Ioannes Ep. Vibonienfis, & Ep. Thurinus Calabriæ.

Ilerdense, in Ilerda interioris Hispaniæ ciuitate

niæ ciuitate circa tempora Symmachi, vel Hormisdæ Papæ. 507.

Valētinū in Hisp. ciuitate circa tēpora symmachi, uel Hormisdæ Papæ, qui fuit āno 507. et sedit an. 9. d. 1.

Aurelianēse 1. ī Aurelia Galliæ Celticæ urbe, tēpore Hormisdæ, ā. D. 512.

Gerundense, in Gerunda Citerioris Hispaniæ ciuitate circa an. D. 516.

Cæsaraugustanum, in Cæsaraugusta vrbe Mediterranea in Tarraconēsi Prouincia circa annum Domini 518. alij dicunt sub Felice: alij verò sub Bonifacio II.

Toletanum II. in Toleto Hisp. ciuitate anno 530. sub Ioan. II. qui sedit annos 2. m. 4. d. 6.

Constantinop. II.

V. Synodus generalis, et Constantinopolitana II. Episcoporum 165. circa an. Dom. 553. tempore Vigilij, qui sedit an. 17. m. 6. d. 26. vel, vt alijs placet, sub Fælice 4. Bonifacio 2. Ioanne 2. Syluerio, & Vigilio Pontificibus Romanis sub Agapito inchoata, et sub Iustino Imp. contra Petrum Theodorum, & Anthimum, Seuerum, et Ibam hæreticos, qui dicebant, Trinitatem Sanctissimam fuisse Crucifixam, & confundebant personas, duasq; naturas in Christo negabant, asseuerantes in Hymno trisagio addendam esse Crucem, vt diceretur: Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui Crucifixus est pro nobis: & contra eosdem, quod B. Virgo Mater Christi sit Theotocos primū perficitur.

Aurelianense II. & III. sub eodem Vigilio Papa.

Aruernense in Aquitania sub eodem de recuperanda Terra Sancta: et hoc nonnulli ponunt sub anno Do. 1094. sub Petro Coelestino.

Aurelianense IIII. sub Pelagio I. Papa, qui sedit an. 10. m. 10. d. 28. circa ann. Domini 555.

Turonicum II. sub eodē Pelagio. Hoc concilio prohibitus est Mulieribus monaster. ingressus sub anathematis poena canone 12.

Parisiense I. Parisijs, necnon II. circa ann. Dom. 557. 558. sub eodem.

Aurelianense V. sub eodem.

Hispalense I. vel Spalense in Hispali Bœticæ Hisp. vulgo Sibiglia anno Dom. 584. tempore Pelagij II. qui sedit annos 9. m. 2. d. 10.

Lugdunēse I. in ciuitate Lugduno, necnō II. sub eodē Pelagio an. D. 584.

Matisconense I. anno 583. & II. 587. sub eodem.

Valentinum Galliæ II. sub Guntramno Gloriosissimo Rege.

Toletanum

Toletanum III. ſub eodem Pelagio, anno Domini 595.
Romanum anno Domini 596. ſub Gregorio Magno primo, qui ſedit annos 13. menſes 6. dies 8.
Lateranenſe eodem ferè tempore.
Antiſiodorenſe, in Antiſiodoro Galliæ Lugdunenſis ciuitate anno Domini 615. ſub Deuſdedit Papa, qui ſedit annos 3. d. 23.
Hiſpalenſe, uel Spalenſe II. anno Domini 634. tempore Siſibuti Regis.
Toletanum IIII. V. & VI. ſub Honorio primo Papa, qui ſedit annos 12. m. 10. d. 17. Ab anno Domini 622. ad annos 635.
Bracarenſe I. in Bracaro citerioris Hiſpan. ciuitate, vulgo Braga ponitur à nonnullis anno Dom. 610. ſub Bonifacio IIII. qui ſedit annos 6. m. 8. d. 13. ſed ab alijs ponitur ſub Honorio.
Bracarenſe II. à Prateolo ponitur an. 646. & eſt uaria lectio.
Toletanum VII. ſub Theodoro Papa, qui ſedit ann. 6. m. 5. d. 18. uel ſub Martino I. Tudertino martyre, qui ſedit an. 6. m. 1. d. 26. an. Do. 647.
LATERANENSE excellentiſſimũ contra Monothelitas, et Monophyſitas, qui in Christo unã tantũ uoluntatẽ, et naturã ponebant. Huic præſidens fuit cum 105. Epiſcopis circa annum 651. Martinus I. Papa Tudert. qui ſedit annos, ut ſupra.
Toletanum VIII. ſub Eugenio 656.
Toletanum IX. anno 658. & X. circa annos 659. ſub eodem. alij dicunt ſub Eugenio, qui ſedit ann. 2. m. 9. d. 14.
Cabilonenſe, in Cabellionum ciuitate Galliæ Celticæ circa ann. Domini 653. ſub eodem Eugenio: & eſt uaria lectio.
Toletanum XI. ſub Vitaliano, uel Vitelliano Papa anno Dom. 657. qui ſedit annos 14. m. 5. d. 28. Bracarenſe. III. ſub eodem Vitaliano. alij dicunt ſub anno 674. Anglicana concilia duo ex Beda lib. 4. hiſt. Eccl. c. 5. & 17. ſub Adeodato Papa, ſiue Domno, vel Agathone ab anno 672. uſque ad annum 679. Adeodatus ſedit annos 4. m. 2. d. 5. Domnus, ſiue Domnius, annos 2. m. 5. d. 10.
VI. SYNODVS generalis, et Cõſtantinopolitana III. Epiſcoporum 290. cõtra Monothelitas, et Monophyſitas, hoc eſt, contra ponentes in Chriſto unam tantum uoluntatem, et naturã, conuocata eſt ſub Domno Papa, ut ſupra: ſub dicto etiam Agathone, qui ſedit an. 2. m. 6. d. 4. et ſub Leone II qui ſedit m. 10. d. 17. Hic etiam acta ſextæ Synodi in

noua Roma celebratæ approbauit, temporibus Constantini Augusti, huius nominis quarti. Anno Dom. 670. Huic synodo interfuerunt Theophilus Episcopus Thurinus, et & Episcopus Scyllaticus Calabriæ, & Theodosius Episcopus Tropiensis. Hic Agatho fuit Siculus, et præfecit hoc in cōcilio Ioan. Archiepiscopum Rheginum; & Abundantium Episcopum Paternēsem Calabriæ.

Hoc Tomo continentur Epistolæ multæ Decretales, & aliæ cum Decretis, Can. & alia suis locis posita.

Tomo Tertio.

TOletanum XII. sub Agathone Papa, vt supra, vel Leonis II. Papæ an. 1. anno verò D. 683.

Toletanum anno 4. Regis Eringij. sub Ioanne VII. & Sysinnio Pontificibus circa an. 705. & 707. ponitur à nonnullis Constantinopolitanum in Trullo, in quo editi sunt 102. Canones nomine Synodi VI.

Romanum anno Dom. 716. sub Gregorio II. qui sedit annos 15. menses 10. d. 21.

Francicum an. Dom. 742. sub Zacharia 1. Papa qui sedit annos 10. m. 3. dies 9. sub Carlomanno Francorum Rege.

Suessionense, sub Childerico Rege circa tempora Sthephani Secundi, & tertij ab anno 752. ad 757.

Vernense, Vernis sub Pipino Rege

Nicænum II.

VII. SYNODVS generalis, et Nicæna II. an. Do. 781. vel 789. sub Constantino VI. & matre Irene imperantibus sub Hadriano primo, qui sedit an. 23. m. 10. d. 17. Episcoporum 350. contra iconomachos, qui imagines in ecclesijs dānabant. Hac generali Synodo decretum est imaginum expressiones relatiuè esse adorandas, & amplectendas: sanctorumq; reliquias esse honorandas. Hoc in concilio multa tacta sūt de Angelis, an sint corporei, & de modo pingēdi eos: sed de corporeitate nihil decretū est. Huic concilio interfuit Stephanus Episcopus Vibonienſis, & Steph. Episcopus Tropiensis Calabriæ.

Francfordiense circa an. Dom. 794. in Francfordia ad Moenum celebratum sub eodem Adriano.

Foroiuliense, in Foroiulij Metropoli Aquilegien. nunc Venetis obtemperante, post Francfordiense, vel non diu. ante sub eodem fortasse Adriano, & sub Carolo, & Pipino.

Arelatense

Arelatense IIII. sub Carolo Magno circa tempora Paschalis Eugenij II. & Valentini.

Turonense III. sub eodem.

Cabilonense II. sub eodem.

Moguntinum I. vel Moguntiacum in Moguntia Germaniæ ciuitate anno Dom. 813. sub Leone III. qui sedit an. 20. m. 5. d. 18. Hic anno Domini 801. transtulit Imperium ad Germanos: & coronauit Carolũ Magnum Pipini filium, Francorum, et Longobardorum Regem, quem Romanorum Imperatorẽ appellauit.

Rhemense, Rhemis in Gallia Belgica sub eodem Carolo, et eodem anno.

Aquisgranen. I. in Aquisgrano, quod Aquas Traianas vocabant, tempore Ludouici I. Imperatoris, circa annum Domini 816.

Parisiense Parisijs sub Ludouico & Lotario Imperatoribus anno Do. 829. sub Gregorio IIII. vel sub Leone IIII. sunt qui hoc Conciliũ sub Pelagio ponant, ut supra videre licet.

Aquisgranense II. sub Ludouico pio Imperatore anno Domini 830. circa tempora Leonis IIII. qui sedit an. 16.

Moguntinum II. sub Ludouico Rege, præsidente Rabano Moguntinæ sedis Archiepiscopo an. Dom. 829. 834. sub eodem Gregorio.

Aquense, siue Aquisgranense, sub Pipino Rege Ludouici filio.

Meldenense an. Dom. 840. vel 845. secundum alios sub Carolo iuniore Francorum Rege.

Suessienense in suburbio apud D. Medardum ann. Dom. 853.

Valentinum sub Imperatore Lothario in domo Basilicæ S. Ioannis an. D. 855. circa tempora Benedicti III. qui sedit an. 2. m. 6. d. 9.

Ticinense, seu Papiense Papiæ sub Ludouico II. Imperatore circa tempora Nicolai I. qui sedit an. 9. m. 6. d. 21. eodem anno.

Pistense, Pistis anno Dom. 863. circa etiam tempora eiusdem Nicolai primi, qui de Potestate Papæ Epistolam scripsit insignẽ ad Michaelem Imperatorem Constantinop.

Vvormatiense, in Vvormatia vagionum oppido peruetusto, an. D. 868. circa tempora Adriani II. qui sedit an. 5. d. 12.

Constantinop. IIII.

VIII. SYNODVS generalis, et constantinop. IIII. 372. Episcoporum sub Hadriano II. vt supra an. D. 868. secundum alios 870. et sub Basilio Imperatore contra Photinũ, et Neophytum. Et vniuersa Synodus consumitur

consumitur in depositione Pholij, et restitutione Ignatij Archiepiscopi Constantinopolitani.

Coloniense, in Colonia ãno Dom. 874. circa tempora Ioan. VIII. qui sedit an. 10. d. 3. sub Carolo III Imperatore cognomento Crassi.

Moguntiacẽse ã. D. 888. circa tẽpora Steph. VI. dicti V. qui sedit ã. 6. d. 14.

Metense, & Triburiense in Germania, in Villa, quæ Tribur Germanica lingua dicitur. circa tempora Stephani VII. dicti VI. qui sedit an. 1. m. 3. anno Dom. 895.

Nannetense sub Benedicto IIII. fortasse, qui sedit an. 4. m. 6. d. 15. an. Domini 900. sed certi nihil de tempore affirmari potest.

Salegũstadiense sub Benedicto VIII. anno Dom. 101. vel secundum alios 1022. qui sedit an. 12. m. 4. d. 20.

Lateranense sub Alexandro III. qui sedit ann. 21. m. 11. d. 23. Episcoporũ 280. ã. D. 1180. Hic Senatus Veneti opera cõtra uim Imper. Friderici Barbarossæ est in Sede repositus.

Lateranense 2. gen.

II. Synodus generalis lateranensis longe celeberrima Romæ ã. D. 1215. celebrata est sub Philippo Barbarossæ filio Imp. & sub Innocentio III. qui sedit an. 18. m. 6. d. 9. & sub hoc obijt Perusij. Huic concilio interfuerunt Hierosolymitanus, et Constantinopolitanus Patriarchæ: Metropolitani 70. Episcopi 470. Abbates 12, Priores 80. Græci, et imperij Romani legati: Regum vero Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cyprioratores. sunt qui narrent, ipsi cõcilio interfuisse in vniuersum Patres 1285. Ad hoc concilium venit Beatus Dominicus cum Episcopo Tolosano, ut ordo, quem instituerat, sub Innocentio 3. confirmaretur: sed hortatu Sũmi Pontificis ad suos redijt pro Regula sibi deligenda. Hinc Regulam B. Augustini suscipiens, et Romã rediens ab Honorio 3. sui ord. confirmationem obtinuit. ordo autem. B. Frãcisci Assisinatis cõfirmatur Romæ ab Innocentio III. an. Do. 1208. Huius Pontificis virtutem, doctrinãq; summopere adiuuit B. Dominici, et B. Francisci sanctitas. In hac synodo decretũ est, vt semel ad minus in an. quisq; Christianus Eucaris. sacratissimã sumere teneatur. Hoc in concilio damnata est reprehẽsio facta à Ioachino Abbate aduersus Petrũ Lombardum de vnitate, seu essentia Sanctiss. Trinitatis: Honorius tamen III, declarauit ipsũ non esse hæreticũ, quia omnia sua scripta sedi Apostolicæ Romanã corrigẽda com-

da commisit per epistolã, quã sua manu exarauit, ut ĩ Decretali ipsius Innocentij patet: ipsamque epistolã in nõnullis eius operibus uidere licet, et praesertim in lib. Apocalypsis, & in Hieremiam, et in cõcord. veteris, et noui Testamẽti. Miror tamen, cur nonnulli ad hanc vsq; diem dicant, Ioachinum asseueranter posuisse Quaternitatem in diuinis. Quod quidem ipse nunq; sensit, sed quaternitatẽ ipsam elicit ex doctrina Petri Lombardi, qui essentiam in diuinis non generare affirmabat. Quare ipsum, eiusque doctrinam redarguit, eo quia ex ea Quaternitatem, vt ipse Ioachinus putabat, elici necesse erat. Ioachinus enim intelligere, et capere non poterat doctrinam Petri Lõbardi, sic dicẽtis: Quaedã sũma res est Pater, Filius, et spiritus Sanctus, & illa non est generans, non genita, nec procedẽs: Pater tamen, Filius, et Spiritus Sãctus sunt una essentia, vna substantia, & una natura non generans, non genita, nec procedẽs, sicut re uera secundum quod huiusmodi nõ est generans, nõ genita, nec procedẽs. Hinc Ioachinus dicebat: Ergo in diuinis datur Quaternitas, quam tamen concedẽdam esse non asseuerabat, sed damnabat. ipse enĩ Ioachinus ponebat, & credebat tres personas diuinas esse unam substantiam, unam essentiam, et unam naturam, non tamẽ uere, et realiter: sed per quandam similitudinem, et collectionem, sicut Multi homines unus populus: Multi fideles unã Ecclesia: ut: Qui adhaeret Deo vnus Spiritus est cũ illo: Et: Omnes vnum corpus sumus in Christo: Sicut fideles per vnam fidem uniti efficiunt unam Eccl. Catholicã Romanã: Et p charitatẽ vnũ Regnum. Ad hanc sententiam adstruẽdam Ioachinus sumebat, q Christus dixit 17. Ioannis de fidelibus: Volo Pater, vt sint vnũ in nobis, sicut, et nos unum sumus. Sed in hoc errauit Ioachinus, quia voluit iudicare de diuinis omnino, sicut de humanis. Nam quamuis Sortes, et Plato sint plures homines, nõ unus homo; Pater tamen in diuinis, & Filius nõ sunt duo Dij, sed vnus Deus. In diuinis enĩ sunt tres res relatae, & vna res absoluta, quae non ponit in numerum cum eis: sicut etiam Sortes, & Homo nõ sũt duae res, sed vna tantum, quae non ponit in numerum cum Sorte. Et sicut Memoria, Intelligentia, & Voluntas sunt in vna animae essentia, & sunt vna vita, & vna essentia; ita tres personae diuinae sunt in vna diuina essentia. Et sicut à Memoria habet esse intelligẽtia, & ab vtrisque voluntas; ita à Patre habet esse Filius: & ab vtrisque Spiritus Sanctus. quia anima repraesentat diuinam essentiam. Et Anima meminit, intelligit, & vult; ita di

uinā eſſentia eſt, quæ Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: non tamen generans, nō generata, nec procedēs. Hæc ex Aegidio noſtro Romano in Opuſculis de Summa Trin: ſuper Cap. Firmiter in 2. parte cap. Dānamus. Vide Prateolum Titulo: Ioachinus de hæreſibus. Et vide Canonem 2. actorū Concilij gen. Later. ſecundi.

Alemanicum in Alemania anno Dom. 1224. ſub Honorio III. qui ſedit ā. 10. m. 8 ſub Conrado Epiſcopo Portuenſi, & ſanctæ Rufinæ Legato Ab hoc Pontifice ordo B. Dominici confirmatur, & ordo B. Franciſci ex Breuiario confirmatur 1208.

Oxonienſe, in Anglia ſub Sthephano Archiepiſcopo, circa tempora Vrbani IIII, qui ſedit an. 3. m. 1. d. 3.

Lugdunenſe.

LVGDVNENSE Magnum an. D. 1274. ſub Gregorio X. qui ſedit an. 4. m. 4. d. 10. Ad hoc Concilium fuit accerſitus D. Thomas: ſed valetudine aduerſa impeditus Terracinæ in Monaſterio, ſeu Abbatiæ foſſæ nouæ, non adijt. ibi enim cum quinquageſimum annum ageret, Cantica canticorum explanauit, & obijt.

Viennenſe.

Viēnenſe concilium generale 300. Epi. celebratum fuit ſub Alberto Imp. & ſub Clemente V. Pont. 202. qui Peruſiæ abſens creatus eſt Pōtifex natione Vaſco, & ſedit an. 8. m. 10. d. 16. et an. Dom. 1302. trāſtulit ſedem Apoſtolicam Auinionē, ubi an. 74. permāſit. Gregorius XI. eam tranſtulit Romam, anno Do. 1376. Hoc in concilio probatæ fuerunt conſtitutiones illæ, & Deffinitiones, quæ in volumine Clementinarum à Clemente V. ſic dictarum feruntur. Et eodem in concilio conſtitutum eſt, vt feſtum Corporis Chriſti celebraretur feria V. poſt octauam Pentecoſtes, conceſſis Indulgentijs, ijs, qui in eo feſto, vel ſub octauis officio diuino, vel Horis intereſſent.

Conſtantienſe.

Conſtantienſem concilium incredibili penè principum prælatorumque frequentia celebratum eſt, ac tres an. durauit. Et in ipſo viuus combuſtus eſt Ioannes Hus hæreticus impijſſimus, etiam ſi à Patribus ſaluum conductum habuerat. quia inibi alios ſubuertere conabatur, et hac de re vide cōcilium Trid. in ſeſſ. xv. In hoc Concilio Conſtan

gem Gall.

tiense inter alia Decreta, hoc singulare editum fuit, vt Concilium Generale singulo quoque Decēnio celebraretur, & huic Decreto Romanus etiam Pontifex subijceretur. Sed Iulius 2. in Resp. ad Regem Gall. pro eschismate tollendo ait Martinum V. cuius Pontificatus initio concilium clausum fuit, non comprehendisse suis in approbationibus illud Decretū, sed quod attinebat ad fidem, & bonos mores. Et pro hac vide Caietanum præcipuè in fine quæstionū. Quodslibetalium. Hoc in Concilio Ioannes 23. Pontificatu se abdicauit: & uacauit sedes annis duobus, & mēsibus sex. et Martinus V. columnius Rom. Creatus est. Gregorius, qui ante concilium Pisanum, in quo Alexander ad Pōtificatum adsūptus fuit, Constantiam Ciuitatem nuncium misit, & se legitimè abdicauit. Benedictus quondam in Gallia se Pontificē pertinaciter asseuerans auctoritate concilij rursus improbatur, et damnatur. Hoc Concilium inchoatum est tempore pessimi schismatis: Ferebantur .n. tunc tres Pontifices Romani, Ioannes 23. Benedictus 13. & Gregorius 12. in cuius Concilij octaua sessione pronunciata est sententia damnationis doctrinæ Ioannis Vuicleffi, & articulorum 45. Hoc Concilium magnum quidem fuit in Constantia per quatuor annos celebratum sub Sigismundo Imp. & sub Ioanne. 22. dicto 23. qui sedit annos 5. d. 15. inchoatum anno 1418. in quo Martinus quintus fuit electus Pont. Max. qui vix. annos 13. m. 3. & post Alexandrum. 6. cum Ecclesia Romana quadrienio, & eò amplius sine vero pastore fuisset, creatus est Martinus V. ab Vninerso Concilio, & Remp. Christianam aflictam recreauit.

Hoc Tomo continētur Epistolæ decretales multæ, cum Decretis, canon. & alijs.

Basileense.

Basileense concilium prius fuerat Senis inchoatum, postea Basileam pluribus, certisque de causis translatū per eundem Martinum V. in quo præsedit Iulianus Cardinalis Sancti Angeli legatus apostolicus, legitima potestate ab eodem Martino V. & Eugenio 4. tunc primum electo habita anno Dom 1431. sub eodem Sigismundo Imp.

Hoc concilium lentè quidem, & par

ui admodum frequentia, auctoritate prius nutritum Basileæ congregatum fuit: in quo post diutinā moram, priuato demum Eugenio, Amadeus Sabaudiæ Dux ad Pontificatum eligitur, quem Felicem quartum uocauerunt. anno Dom. 1438. Quo anno quia prima sedes à nemine iudicatur, & non nisi per hæresim Papa deponendus est, Eugenius ipse Pontifex cōcilium Ferrariæ inchoauit, & Florentiæ celebrauit, & peregit. Conciliumque Basileænse à 6. sessione exclusiue ad finem usque aliarum omnium sess. Acephalum, irritum, et nullū appellatum fuit: quia ab Eugenio 4. suspensum fuerat ob causam prædictam. Et ob id sessio, seu Decretum de perpetuò immaculata cōceptione Beatæ Mariæ semper Virginis neminem astringit, & præsertim, cum Concilium Trid. neutram partem determinauerit. In ipso .n. hoc est in 36. sess. decretum fuerat Beatam Virginem nūquam subiacuisse peccato originali. Quare in Concilio Lateranensi nouissimo concilium illud tamquā acephalum conciliabulum appellatur, sex primis sessionibus exceptis.

Florentinum.

Florentinum Concilium celebratum est primum Ferrariæ, præsente palæologo Imp. Græcorum, & Patriarcha Constantinopolitano cum alijs orientalis Ecclesiæ Pontificibus, Abbatibus, Monachis, & Crucesignatis. Sed propter ingruentem pestē inchoatum, non potuit absolui, ob id translatum fuit ab eodem Eugenio 4. Florentiam; vbi absolutum est. Celebratum est per 25. sessiones, quarum sex habitæ sunt Ferrariæ, reliquæ uero Florentiæ. In ijs omnibus disputatum est inter Latinos, & Græcos: primum de processione spiritus sancti à filio: & an ritè facta fuerit à Latinis ea additio in Symbolo, Filioque procedit &c. Secundo de igne Purgatorij. Tertio de Papæ primatu. Quarto de Azyma, & fermentato pane. Quinto de panis in Eucharistia transmutatione. Quæ tamē disputatio tantam continentiam inter utrosque, & Latinos, & Græcos peperit, vt ab ea disputatione coacti fuerint cessare: & ita res citra ullam controuersiam inter eos tractata est. Coactum est hoc Concilium 1432. & 1438. completum sub Eugenio 4. qui sedit annos 15. m. 11. d. 21. sub eodem Sigismundo Imp. Hoc concilium generale

Ferrariæ inchoatum, Florētiæ per actum est sub eodem Eugenio: Anno Dom. 1439. quo in concilio Græci, eorum Imperatore Alberto 2. præsēte de processione Spiritus Sācti idem, quod Romana tenet Ecclesia, consenserunt. Et Armeni & Indi cum Romana Ecclesia vnitatem reintegrarunt. Hoc in cōcilio Nicolaus Euboicus latinæ, & grecæ linguæ, atque elegātiæ princeps laudatissimus medius assistens disputantium uerba, atque sententias tum græcè, tum latinè prolatas mira celeritate ultro citroque in vtraque lingua fidelissimè, & summo ornatu reddebat. Ambrosius item ordinis Camaldulensis Generalis Abbas latinæ grecæq; linguæ accurate doctus, & bonis omnibus disciplinis ornatus, eodem in concilio clarus habetur.

LATERANENSE generale, nouissimum sub Maximiliano I. Imp. & sub Iulio II. inchoatū. qui sedit an. 9. m. 3. d. 12. & sub Leone X. qui sedit an. 8. m. 8. d. 21. peractum ab an. Domini. 1512. ad an. 1517. pro reformatione Eccl. et pro pace īter Pricip. Christ. cōporēda.

Senonense anno Dom. 1528. sub Clem. VII qui sedit annos 10. m. 10. d. 8. sub Antonio à Prato tit. S. Anastasiæ presbytero Card. Senonensi Archiepiscopo Franciæ Cancellario.

Coloniensia duo anno Dom. 1536. sub Paulo tertio, qui sedit an. 15. d. 29.

Augustense, in Augusta an. Do. 1548. sub eodem Paulo, præsidente Othone tit. S. Balbinæ presbyt. Card. et Episcopo Augustano.

Treuerense an. Do. 1548. præsidente D. Ioāne Archiepiscopo Treuerensi.

TRIDENTINVM CONCILIVM

TRIDENTINA synodus generalis, & oecumenica Tridenti in Italiæ, & Germaniæ confinibus contra Lutheranos Zuinglianos, & Caluinistas sub Paulo III. qui sedit an. 15. indicta 1542. 11 Kalend. Iunij anno sui Pōtificatus viij. et ā. 1545. inchoata die 13. mēsis Decēbris: Deīde sub Iulio III. qui sedit ā. 5. m. 1. d. 10. Deīde sub Marcello 2. qui sedit d. 28. Deīde sub Paulo IIII. q sedit ā. circiter V. Postremo sub Pio IIII. qui sedit an. 5. m. 5. absoluta, & acclamata est an. D. 1563. & 1564. 26. Ianuarij die S. Policarpi ab eodē cōfirmata, cū iā diu, multūq; ab vniuersis fidelibus fuisset desiderata. Hoc autem concilium

non vno tantum in loco celebratum est. Nam primò idem Pont. Paulus III. anno sui Pont. 3. & anno Dom. 1537. pro concilio celebrando Mantuam locum aptum designauit, & indixit. Sed ob aliquas pactiones sibi propositas à conditione temporum, ac sedis Apostolicæ, nominisque Ecclesiastici dignitate, atque libertate prorsus alienas consilium mutauit, & concilium prorogauit ob infestationē, & inuasionē Turcarum in Italiæ littoribus subortam. Anno vero 1538. Vincentiam vrbem copiosam à Venetis concessam elegit: et Genuæ indictionis litteræ promulgatæ fuerunt 4. Kal. Iulii. sed ob dilationem Patrum, qui Vincentiam ituri erant, concilium 1539. ad Summi Pont. arbitrium suspensum fuit. Sed 1542. tandem aliquando idem Paulus III. Tridentum locum commodum, & liberum, omnibusque Nationibus opportunum elegit, & anno 1543. incipiendum, et prosequendum promulgauit. Prima autem sessio 1545. inchoata est. XIII. die Mensis Decembris Tridenti Christo Saluatore nostro adspirante: Legatis, & Apostolicæ sedis Vicariis præsidentibus Ioanne Maria Card. Episcopo Prænestino: & Marcello Presbitero Card. S. Crucis: & Reginaldo Polo Anglo Diac. Card. sub Karolo V. & Ferdinando Imp. Hac in ciuitate Tridentina septem sessiones celebratæ sunt. Deinde notis de causis, accedente etiam sedis apostolicæ auctoritate concilium Bononiam veluti ad locum magis paratum, salubrem, & idoneum, & pro securitate uitæ ipsorum Prælatorum translatum est: & 1547. die 21. Aprilis sessio nona Bononiæ celebrata est sub eodem Paulo III. Verum 1551. Kalendis Maij Tridenti, quo Iulius III. Concilium reuocauit, celebrata est, Præsidentibus Sebastiano Archiepiscopo Sipontino, & Aloysio Episcopo Veronensi Nuncijs Apostolicis, loco Card. Marcelli, Tit. S. Marcelli, & Crescentij Legati absentis ob aduersam ualetudinem, Sessio XI. usq; ad 16. sessionem inclusiuè, in qua 1552. die 25. Aprilis ob nouos in propinquis Germaniæ locis tumultus excitatos, & bellum in Italia, & Gallia subortum, & grauissimum quidem, suspensum fuit concilium. Pius autem IIII. anno sui Pontificatus primo 1561. Kalendis Dec. concilium Tridenti resumendum promulgauit: & xvij. sessio 1562. die 18. Ianuarij Cathedræ Romanæ B. Petri Apost. princ. consecrato inchoata est, quæ cum reliquis ad 25. et vltimam sess. vsque Tridenti celebrata est: & 1563. Synodus absoluta est, maxima bonorum omnium expectatione, vniuersæque christianæ Reip. tanta vtilitate, quanta verbis vix vnquam explicari posset, et clausū est conciliū per Ioannē Card. Moronē, & per Ludouicum

cum card. Simonettam legatos. Cardinalis autem Mantuæ, & Card. Seripandus ordinis Erem. Sancti Augustini. item legati ex hac vita olim decesserant. 17. Martij 1563. Decretis autem Concilij subscripserunt. CCLV. Patres, hoc est legati quatuor Card. Osius Varmiensis, Card. Simonetta, Card. Moronus, & Card. Nauagerius, Cardinales duo Card. Madrutius, & Card. Lotaringiæ, per quem fuit facta acclamatio, Patriarchæ tres, Archiepiscopi xxv. Episcopi CLXVIII. Abbates septem, Procuratores absentium XXXIX. Generales ordinum vij.

Hoc in Concilio decretum est de Symbolo fidei, De Canonicis scripturis: De editione, & vsu sacrorum librorum, & presertim de Biblia, & vulgata editione veteris testamenti emendatissimè imprimenda in sess. 4. Et de indice librorum, & Chatechismo edendis, & de Breuiario, atque Missali reformandis, vt in sess. 25. videre licet: Et hæc quatuor sub Pio V. facta sunt: Biblia verò adhuc vsque emendatur Romæ. Decretum est de peccato originali: De iustificatione: & De Sacramentis omnibus. Ex ipsa itaque catholica doctrina multa in Ecclesia catholica Rom. restaurata, declarata, & reformata sunt; & innumeræ rerum materiæ tactæ, & esplicatæ in honorem, & exaltationem catholicæ fidei, & animarum salutem.

LEGATI, QVI AD SACROSANCTAM OECVmenicam Tridentinā Synodum conuenerunt à principio vsque ad finem, qui fuit die IIII. Decembris M. D. LXIII. sub Pio IIII. Pont. Max.

HERCVLES Gonzaga S. R. E. Presb. Card. tituli sanctæ Mariæ nouæ, Mantuanus, obijt Tridenti, die secunda Martij 1563. & sepultus est Mantuæ.

Hieronymus seripandus S. R. E. Presb. Card. tituli S. susanæ, Neapolitanus, obiit Tridenti die xvii. Martii 1563. & ibi sepultus in Ecclesia S. Marci ordinis Fratrū Heremitanū S. August. quorū olim fuerat Generalis.

IOannes Moronus S. R. E. Card. Episcopus Prænestinus, Mediolanensis, in demortui Card. de Mantua locum missus.

Stanislaus

Stanislaus Hosius S. R. E. Presb. Card. tituli S. Laurentij in Palisperna, Polonus, Vuermiensis.

Ludouicus Simoneta S. R. E. Presb. Card. tit. S. Cyriaci in Termis, Mediolanen.

Marcus Siticus S. R. E. Diaconus Card. Basilicæ Duodecim Apostolorum de Altaemps, Germanus.

Bernardus Nauagerius S. R. E. Presb. Card. tituli Sancti Nicolai Inter imagines, Venetus, in demortui Cardinalis Seripandi locum missus.

Cardinales non legati.

Carolus à lotharingia S. R. E. presb. Card. tit. S. Apollinaris, Princeps, & Archiepiscopus Rhemensis, Gallus.

